BWT
Italy.

REGII NEAPOLITANI ARCHIVI

MONUMENTA

EDITA AC ILLUSTRATA.

1001 - 1048

NEAPOLI
EX REGIA TIPOGRAPHIA.
A. MDCCCLIV.

VOLUMEN QUARTUM

1001 - 1048.

Cum pars secunda prioris voluminis in edendis caeteris membranis pro volumine secundo habita fuerit, factum est ut volumen, quod eam partem subsecutum est, tertium dictum sit, ac ita deinceps.

Adnotationes vero, et ectypa characterum cum indice rerum ac verborum ad tertium volumen spectantia edita sunt in calce huius quarti voluminis.

INDEX MEMBRANARUM

QUAE

IN TERTIO VOLUMINE

CONTINENTUR.

CLXXXIII.

Stephanus et Aligernus uterini fratres tradunt Angelo filio Odi duas partes agri dicti Cesumeruli *et positi* ad padulem, *pro annuo responsatico duorum tritici modiorum.*

CLXXXIV.

Stephanus Abbas et Distributores Monasterii S. Peregrini tradunt Ioanni et Leoni filiis Martini Calciolarii praedium Mianae positum, acceptis quadraginta aureis tarenis ab iisdem fratribus, quemadmodum testamentum patris eorumdem iubebat.

CLXXXV.

Ioannes Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi, et germani fratres Stephanus et Ioannes inter se commutant praedia posita Pumiliani foris arcora.

CLXXXVI.

Quidam incolae pagi Vitolacci, *et quattuor filii Paldolfi Principis Capuam Atenolfus, Landenolfus, Laidolfus et Gisulfus inter se commutant praedia, quae in eodem Vitolaccio pago extabant.*

CLXXXVII.

Chartula haec est merissis divisionis quorumdam praediorum, quae Ianulae, et Carpiniani posita erant.

CLXXXVIII.

Stephanus Ferrarius vendit Stephano monacho praedium Ianulae positum pro sex solidis bythianteis ex auro.

CLXXXIX.

Membrana haec divisionem continet, quam inter se Sergius, Petrus Diaconus Ecclesiae Neapolitanae, aliique de hospitibus iniverunt.

CXC.

Inter Ioannem Abbatem Monasterii S. Mariae super Hercica, et Ioannem filium Aligerni dirimitur quaestio de quibusdam servitutibus.

CXCI.

Quidam pagi lauritani incolae eo quod affratati fuerant Monasterio S. Mariae super Hercica in Monte Vesuvio, pollicentur Abbati eiusdem Monasterii serere vites et arbores in praedii cuiusdam dimidio, quod ad Monasterium ipsum pertinebat.

CXCII.

Sillictus filius Ermengardi pro sua, et uxoris anima donat Ecclesiae S. Mariae super Hercica in monte Vesuvio agrum quemdam in loco Miliano.

CXCIII.

Abbas et Monachi S. Severini, et Sacerdotes Ecclesiae S. Mariae Catholicae Maioris vendunt Ioanni et Stephano Calciolario quamdam domum et hortum in Regione Marmorata.

CXCIV.

Landolfus Comes pro redemptione animae suae donat Monasterio S. Crucis posito in vertice montis dicti Berine *in finibus Caiatiensibus ecclesiam ab ipso exstructam in loco nuncupato* Ceserano *prope Caiatiam, et praedium positum in* Cristianisi.

CXCV.

Stephanus Ursi presbyteri filius donat Monasterio Ss. Sergii et Bacchi quaedam praedia Marani posita, et domum extantem Neapoli in vico, qui Tiappafilitra vocitabatur.

CXCVI.

Aligernus Stephani filius, et Drosu filia Leonis de Puteolis praedia quaedam inter se dividunt.

CXCVII.

Drosu Abbatissa Monasterii Ss. Marcellini et Petri tradit Ioanni, et Annae coniugibus hortum positum in loco dicto Patricciana *in regione* Portae Novensis, *ut balneum ibidem exstrueretur, et gratis in eo lavari possent tum Sanctimoniales eiusdem Monasterii, tum famulae earumdem.*

CXCVIII.

Paulus Ioannis de Pacifico filius vendit Petro et Theodonandae coniugibus praedium positum Marticani ad S. Sossium.

CXCIX.

Ioaquintus presbyter aliique habitatores Milae in agro Cymiterensi accipiunt a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium in eodem agro positum, et pro responsatico tradere pollicentur fasioli rubei modios decem aliasque praestationes.

CC.

Ioanni presbyter Philippus Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi tradit ecclesiam S. Euphemiae in regione Ficariolae, *et sacra eiusdem ecclesiae supellex recensetur.*

CCI.

Maru Stephani et Annae Monachae filia donat Petro Abbati Monasterii Ss. Severini et Sossii, et Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi omnem suam hereditatem cum onere solvendi duos solidos pro vultu Sanctae Dei Genitricis ad portam S. Mariae ad Albinum, et totidem pro ecclesia S. Leutii.

CCII.

Basilius subdiacouus, et Ioannes germani fratres, eorumque sorores Gemma et Euphemia inter se dividunt praedia, quae sibi ex parentibus obvenerant, posita Mascarellae foris arcora Caucilione, *aliisque compluribus in locis.*

CCIII.

Stephanus Episcopus Caiatiae ab episcopali iurisdictione eximit, aliisque privilegiis donat Ecclesiam ac Monasterium S. Crucis exstructa a quodam Landulpho.

CCIV.

Adenolphus Archiepiscopus Capuanus, deprecante Archidiacono Auloaldo, Archiepiscopali auctoritate immunem declarat Ecclesiam S. Laurentii conditam ab Aloara, et Landenolfo Capuae Principibus.

CCV.

Adenolphus Archiepiscopus Capuanus ab auctoritate Archiepiscopali eximit non modo Ecclesiam ac Monasterium S. Laurentii extructa ab Aloara, et Landenolpho Capuae Principibus, verum etiam quicquid ad idem Monasterium in Capuana Dioecesi spectabat.

CCVI.

Aloara et Landenolphus Mater et filius Capuae Principes donant Monasterio S. Laurentii Ecclesiam S. Fortunatae et praedia posita prope lacum patriensem.

CCVII.

Theodonanda et Maria dividunt inter se praedia posita Marani in loco nuncupato ad Anianum.

CCVIII.

Ioannes et Fuscaris germani fratres a Ioanne monacho misso Mansonis Abbatis Monasterii Casinensis accipiunt colenda praedia eius Monasterii posita in loco qui Pectole *dicebatur.*

CCIX.

Petrus Fiolarius tradit Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi, et Petro Abbati Monasterii Ss. Severini et Sossii praedium vocatum Marinianum.

CCX.

Stephanus Ioannis Monachi filius vendit Stephano Ferrario praedium Marani positum.

CCXI.

Adenolphus Archiepiscopus Capuanus auctoritate archiepiscopali eximit Ecclesiam, ac Monasterium S. Laurentii, et quicquid ad ea spectabat.

CCIX. *bis.*

Petrus presbyter accipit a Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi, et ab Eupraxia et Gregorio Ecclesiam S. Ioannis Evangelistae sitam in Vico Carrario Regione Portae S. Ianuarii.

CCX. *bis.*

Aloara et Landenolphus Capuae Principes donant Iacobo Abbati Monasterii S. Laurentii pagum Montanarii *cum hominibus et terris ad eum pertinentibus.*

CCXI. *bis.*

Philippus Abbas Monasterii Ss. Sergii et Bacchi, Ioannes Stephani filius, ac Ioannes filius Marini de tritici et hordei praestatione quaestionem inter se dirimunt.

CCXII.

Sergius Archipresbyter et dispensator Ecclesiae S. Petri Apostoli positae ad Media, *et Petrus Abbas Monasterii Ss. Severini et Sossii commutant in invicem praedia posita Casapaganae extra Cryptam, et Panequoculi.*

CCXIII.

Aloara et Landenolphus Capuae Principes, obsecrante Adenolpho Archiepiscopo Capuano, eximunt Monasterium S. Laurentii ab omni imperatione, angariis, vigiliis, murorum turriumque custodia, et aliis oneribus.

CCXIV.

Lis inter Theotistam Leonissi Monachi filiam, Sergium, alios que de quorumdam hospitum possessione exorta hoc instrumento dirimitur.

CCXV.

Ioannes presbyter ac distributor ex testamento Ioannis de Erasmo tradit Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium positum Serranae *in agro puteolano.*

CCXVI.

Ioannis presbyter ex testamento Eupraxiae filiae Ioannis de Erasmo tradit Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium Serranae positum in agro puteolano.

CCXVII.

Maria, Anna monacha, Drosu, Gemma, et Gregoria sorores germanae tradunt Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium Pumiliani foris arcora *positum.*

CCXVIII.

Stephanus Leonis filius, et Gregorius vendunt Sergio presbytero praedium Nepetiani positum.

CCXIX.

Leo Ferrarius vendit Palumbo Vicedomino inferiora Cellarii sui posita in vico S Georgii in Diaconia in Regione Summae Plateae.

CCXX.

Ioannes Cavallo famulus Ecclesiae Neapolitanae in pago Umbriani vendit Stephano presbytero Custodi Ecclesiae S. Severi positae ad Gurgitem in Regione Summae Plateae praedium nuncupatum Mangonum.

CCXXI.

Atitius Petri Leonis de Leoperga filius a Leone presbytero Custode Ecclesiae S. Euthimii accipit colenda praedia, quae Casaferriae extabant, et annuum responsaticum persolvere pollicetur.

CCXXII.

Philippus Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi tradit Urso Petri filio molendinum situm ad Tertium, *et annuum tritici, panisque responsaticum persolvendum statuit.*

CCXXIII.

Philippus Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi tradit Sergio presbytero Ecclesiam S. Euphemiae positam in regione Ficariolae.

CCXXIV.

Sergius presbyter promittit Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi sese functurum esse omnibus officiis in Ecclesia S. Euphemiae, cuius tradita sibi fuerat custodia, sacramque supellectilem, quam acceperat, recenset.

CCXXV.

Drosu Leonis filia, et Ioannes, nimirum mater et filius vendunt Silictae Ioannis filiae praedium positum Serofiliani.

CCXXVI.

Eupraxia et Drosu sorores inter se dividunt praedia parentum suorum posita Maliti.

CCXXVII.

Amatus et Sergius pater ac filius promittunt Philippo Ygumeno monasterii Ss. Sergii et Bacchi colere praedium positum Canineo in agro Portae Romanae, et responsaticum persolvere.

CCXXVIII.

Ahgernus Stephani de Pantaleone filius et Leo Ferrarius quaestiones inter se de praedio Marani posito definiunt iureiurando.

CCXXIX.

Alphanus Maurini filius, Ioannipertus, aliique promittunt responsaticum Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi pro acceptis quibusdam praediis in agro cimiterensi positis.

CCXXX.

Ursus, et Philippus Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi commutant invicem praediola S. Petri ad Paternum posita.

CCXXXI.

Philippus Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi, et Ursus invicem commutant praediola posita S. Petri ad Paternum.

CCXXXII.

Petrus Carpentarius, aliique vendunt Sergio presbytero custodi Ecclesiae S. Agathae praedium positum Babuliae in Antiniano.

CCXXXIII.

Petrus, Sergius, ac Caesarius fratres promittunt Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi nunquam nec quaerere, nec in angarias ducere Stephanum et Bacculum eiusdem Monasterii defisos.

CCXXXIV.

Sergius et Petrus Ioannis Surrentini filii dividunt inter se domos positas in vico Formelli regione Apostolorum.

CCXXXV.

Gregorius Ferrarius, et Ioannes Ferrarius distributores testamenti Mariae Ioannis Ferrarii filiae vendunt ex eodem testamento praedium Mianae positum.

CCXXXVI.

Stephanus et Ioannes pater et filius tradunt Leoni presbytero et Primicerio custodi Ecclesiae S. Euthimii praedium, quod Caesarius monachus eidem Ecclesiae testamento reliquerat.

CCXXXVII.

Ioannes Abbas Monasterii S. Mariae ad Turrem super Ercica ad

Speluncam in monte Vesuvio, Iaquintus Clericus, aliique iureiurando quaestionem decidunt de praedio posito in Monte de Peranianu.

CCXXXVIII.

Caesarius Vicarellus vendit Petro Stephani Vulcani filio praedium positum Pischinulae.

CCXXXIX.

Sassu quidam a Salernitano Archiepiscopo obtinet facultatem emendi quoddam praedium positum Uliariae a Pretiosa, et Musando matre et filio.

CCXL.

Aligernus negotiator Leoni Ferrario vendit praedium Marani positum.

CCXLI.

Petrus Grimmi filius Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi promittit diligenter colere praedia quae sibi ab eo tradita fuerant, e responsaticum quotannis persolvere.

CCXLII.

Ioannes Gige, et Petrus Petri de Maura filius accipiunt a Philippot Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi colendum praedium positum Campanae in agro puteolano, et quotannis responsaticum pollicentur.

CCXLIII.

Ioannes, et Leo Ferrarius invicem paciscuntur de servitutibus domus, quae ad utrumque spectabat.

CCXLIV.

Philippus Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi tradit Sergio presbytero Ecclesiam S. Severi positam in vico Radia Solis.

CCXLV.

Sergius Presbyter a Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi accipit Ecclesiam S. Severi positam in vico Radia Solis.

CCXLVI.

Sergius Consul et Dux Neapolitanus Roccio Abbati Monasterii Ss. Severini et Sossii concedit facultatem piscandi in lacu patriensi.

CCXLVII.

Stephanus Sabatini filius promittit Gregorio et Stephano fratribus colere praedium eorum nuncupatum Fracta Pictula *in agro Liburiano, et quotannis tradere responsaticum.*

CCXLVIII.

Fadelprandus Abbas Ecclesiae S. Felicis in vertice montis in civitate Salernitana Ioanni Iaquinti filio dat facultatem aedificandi in parte vacua eiusdem Ecclesiae.

CCXLIX.

Stephanus Calciolarius vendit Palumbo presbytero custodi Ecclesiae S. Angeli praedium Marani positum.

CCL.

Laidulphus Capuae Princeps donat Gisembardo archipraesuli Capuano Ecclesias S. Mariae, S. Nicandri, S. Angeli ad Cicalusi, S. Donati, et S. Cosmae.

CCLI.

Meroaldus Ursi filius promittit Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi diligenter colere praedium eiusdem Monasterii, et responsacum quotannis tradere.

CCLII.

Ioannes et Stephanus Gregorii filii vendunt Philippo Ygumeno Monasterii Ss Sergii et Bacchi domum positam in Castro puteolano.

CCLIII.

Ioannes presbyter Ecclesiae Neapolitanae Primicerius et Protulustrius chartulae S. Cypriani dat chartulam pastenationis Leoni Carulicto de praedio diviso inter eamdem chartulam S. Cypriani, et Monasterium Ss. Sergii et Bacchi.

CCLIV.

Stephanus presbyter surrentinus custos Ecclesiae S. Martini a Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi accipit colendum praedium positum Palmae, nuncupatum Liciniana.

CCLV.

Stephanus Ioannis filius, et Mira Ioannis Ferrarii filia litem exortam de praedio Mianae posito inter se dirimunt.

CCLVI.

Gemma Ioannis Herarii filia vendit ex chartula infiduciationis Leoni Ferrario praedium Marani positum loco nuncupato ad Centum.

CCLVII.

Ioannes et Summus langobardi capuani vendunt Ligorio et Stephano neapolitanis quatuor praedia in finibus Liburiae loco, qui vulgo Quatrapanis *vocitabatur.*

CCLVIII.

Sergius Calciolarius, et Petrus subdiaconus vendunt Petro, Marino, et Leoni praedium, quod Marani ad Anianum *extabat.*

CCLIX.

Inter Pantaleonem Ferrarium, et Gemma eius sororem dividitur domus posita Neapoli in vico S. Georgii in Diaconia regione forcellensi.

CCLX.

Gititius Ioannis presbyteri filius a Petro Abbate Monasterii S. Gregorii de Regionario accipit colendum praedium positum Casollae Massae Valentianensis.

CCLXI.

Donatus famulus Landolphi Comitis Theanensis vendit cuidam civi Neapolitano praedium quod Campus de Viaturi *dicebatur.*

CCLXII.

Maru Leonis Bancrese vidua cum filiorum consensione vendit Ioanni et Ilae coniugibus praedium positum Malliani.

INDEX MEMBRANARUM

QUAE

IN QUARTO VOLUMINE

CONTINENTUR.

CCLXIII.

Gregorius Primicerius et Sergius eius filius promittunt Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi colere praedium positum extra Cryptam.

CCLXIV.

Mira Ioannis Ferrarii filia vendit Leoni Ferrario praedium Mianae *positum.*

CCLXV.

Petrus presbyter Paparo a Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi, et Gregorio Ioannis Asprandi filio accipit custodiendam Ecclesiam S. Ianuarii positam inter vicos Iudaeorum, et Tria fata.

CCLXVI.

Anastasius, Ioannes et Gregorius fratres vendunt Sergio presbytero custodi Ecclesiae S. Severi praedium positum Gallori.

CCLXVII.

Sparanus presbyter et primicerius congregationis S. Georgii Catholicae Maioris vendit Ioanni Anastasii filio praedia posita in Campo de Lucia.

CCLXVIII.

Cortese Sellicti filius vendit Stephano Abbati Monasterii S. Mariae de Spelunca *in Monte Vesuvio praedia duo.*

CCLXIX.

Ioannes Karemanni filius donat Sergio Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi praedium positum ad Auriolum.

CCLXX.

Ioannes subdiaconus Ecclesiae Neapolitanae a Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi accipit custodiendam Ecclesiam S. Severi positam in Platea, quae Radia Solis *et* Gurgite *appellabatur.*

CCLXXI.

Ioannes, et eius filii Petrus et Stephanus a Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi accipiunt colendum praedium positum in loco, qui nominabatur Casanicum.

CCLXXII.

Hac pontificia bulla Landinolphus Comes filius Landolphi Graeci, eiusque heredes declarantur domini Ecclesiae S. Mariae positae iuxta fontem S. Ioannis Baptistae in Civitate Yserge.

CCLXXIII.

Laurentius Vitaliani filius vendit Leoni Ferrario praedium Mianae *positum.*

CCLXXIV.

Maraldus Sabbatini filius donat Monasterio S. Mariae ad Speluncam in Monte Vesuvio praedium positum ad Vineam de Lea.

CCLXXV.

Marinus Comes Castelli Nolani et eius uxor Drosu donant Monasterio Ss. Severini et Sossii praedium Calvitiani *positum.*

CCLXXVI.

Petrus Dedoni a Stephano Inferno accipit colenda praedia diversis locis posita, et annuae praestationes denotantur.

CCLXXVII.

Petrus Leonis filius vendit Stephano Ursi filio praedium positum Pumiliani foris Arcora.

CCLXXVIII.

Ioannes de Maroccia, et eius uxor Fasana vendunt Alberico de Domino Sergio praedia posita in loco nuncupato Puli.

CCLXXIX.

Sansguala Nortmannus Dominus Planisi donat Monasterio S. Petri Apostoli condito in Castro Planisi *praedium prope Ecclesiam S. Petri positum.*

CCLXXX.

Alphanus Nantari filius Capuanus vendit Ligorio Neapolitano praedia in finibus Liburiae *posita.*

CCLXXXI.

Ioannes presbyter Ioannis filius vendit Gisoni Mainardi filio dimidium Ecclesiae dicatae S. Ioanni Baptistae, et S. Ioanni Evangelistae, quae extabat Monteneri *in Comitatu Thermolensi.*

CCLXXXII.

Marinus Ioannis filius Surrentinus promittit Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi colere praedium positum Pumiliani foris Arcora, *et responsanticum quotannis afferre.*

CCLXXXIII.

Inter Stephanum Primicerium Ecclesiae S. Mariae vulgo nuncupatae de Domino Atriano, et fratres Stephanum, ac Petrum dirimitur quaestio de quodam praedio Marani *posito.*

CCLXXXIV.

Gregorius Ioannis de Racimprando filius promittit Philippo Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi colere praedium positum Pumiliani foris Arcora.

CCLXXXV.

Petrus de Sacco vendit Drosu Stephani filiae praedium positum super S. Andream ad Sextum.

CCLXXXVI.

Gregorius presbiter custos Ecclesiae S. Ioannis in Curte simul cum voluntate Dominorum eiusdem Ecclesiae tradit colendum Ioanni Pittulo, aliisque praedium positum ad Nonnariam foris fluvium, *nuncupatum* Pratale.

CCLXXXVII.

Ioannes Ferrarius vendit Leoni Ferrario Papaleoni inferiora sui cellarei positi in urbe Neapolis.

CCLXXXVIII.

Donatus Maraldi filius, et eius uxor Theodonanda vendunt Leoni Ferrario Papaleoni praedia Marani *posita.*

CCLXXXIX.

Ioannes Mastali Ductoris Primarii filius vendit Annae Monachae praedia, quae in Quarto Maiore, *et* Monte Pausilypensi *extabant.*

CCXC.

Ioannes Fikolarius vendit Sergio Ypato praedium positum ad Cisinulam *in loco qui vocatur* Troccle.

CCXCI.

Inter Pancratium Ygumenum Monasterii Ss. Sergii et Bacchi et Licinum et Stephanum, aliosque complures dirimitur quaestio de praedio posito in monte nuncupato Urbano , *et* ad Lamma.

CCXCII.

Inter Ioannem Archiepiscopum neapolitanum pro Monasterio S. Mariae ad Turrem *in Monte Vesuvio ad neapolitanam Ecclesiam spectante, et Pancratium Ygumenum Monasterii Ss. Sergii et Bacchi quaestio deciditur de praedio, quod eodem in monte extabat.*

CCXCIII.

Petrus presbyter Ioannis Pappasalvani filius accipit a Pancratio Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi custodiam Ecclesiae S. Iulianes.

CCXCIV.

Stephanus Levorano a Pancratio Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi accipit colendum praedium positum Ariniani.

CCXCV.

Pancratius Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi donat Ecclesiae S. Stephani ad Actonem *praedium nuncupatum* Viniolam, *positum prope eamdem Ecclesiam.*

CCXCVI.

Caesarius Piscopo promittit Pancratio Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi colere praedium in monte Vesuvio.

CCXCVII.

Sparanus Primicerius et Petrus Rappulo colendum accipiunt a Pancratio Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi praedium in monte Vesuvio.

CCXCVIII.

Andreas Gregorii de Rosa filius et Stephanus filius Stephani de Pasca accipiunt a Pancratio Ygumeno Monasterii Ss. Sergii et Bacchi molendinum, et pro annuo responsatico triticum, panemque Monasterio pollicentur.

CCXCIX.

Stephanus presbyter et eius nepos ex fratre Leo promittunt Monasterio Ss. Sergii et Bacchi quotannis adferre censum ex Marini testamento.

CCC.

Grimoaldus Martini filius a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipit colendum praedium positum Narrectiani *in loco nuncupato* ad Martiulum, *et* Campo de Piro.

CCCI.

Pancratius Ygumenus Monasterii Ss. Sergii, Stephanus presbyter neapolitanae ecclesiae, *Maru, Gregorius, Theodonanda, et Drosu dividunt inter se praedium* Langeasini *positum.*

CCCII.

Sergius Consul et Dux neapolitanus a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipit praedia posita in Campilione, *et* Lampanae : *et quotannis responsaticum tradere eidem Monasterio pollicetur.*

CCCIII.

Ioannes presbyter Stephani presbyteri filius promittit Monasterio Ss. Sergii et Bacchi colere praedium positum Mianae ad Actonem foris fluvium, *et annuas praestationes afferre.*

CCCIV.

Gregorius Petri filius accipit ab Anna Abbatissa Monasterii S. Gaudiosi ad censum praedia posita in agro nolano.

CCCV.

Guaimarius et Ioannes Salerni Principes Monasterio S. Mariae ad Ilicem *privilegia et exemptiones largiuntur.*

CCCVI.

Inter Musandam Abbatissam Monasterii Ss. Marcellini et Petri et Martinum Stephani Primicerii filium dividuntur praedia Capitiniani *posita.*

CCCVII.

Inter Petrum Paramitromeno et Martinum presbyterum custodem Ecclesiae Ss. Cosmae et Damiani positae in vico nuncupato Posulo *et* Armentario *dirimitur quaestio de praedio, quod extabat in loco vocato* Septito ad Sanctum Sossium.

CCCVIII.

Gregorius Petri filius Monasterio S. Salvatoris Insulae Maris donat duo praedia posita in agro puteolano.

CCCIX.

Ioannes presbyter Petri presbyteri filius vendit compluribus Ravelli incolis hortum et vineam, quo Ecclesiam S. Ioannis Baptistae aedificarent.

CCCX.

Stephanus Petri de Grimmo filius a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipit praedium colendum S. Petri ad Paternum *positum, et quotannis censum solvere pollicetur.*

CCCXI.

Sillictus Ioannis filius, eius filius Ioannes, aliique dividunt inter se praedium in agro Nucerino.

CCCXII.

Maria Ioannis Scoppolaursi filia cum voluntate Caesarii subdiaconi, cuius ipsa famula erat, tradit Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium in agro puteolano positum.

CCCXIII.

Stephanus et Petrus Sergii Cocticrati filii a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipiunt colendum praedium positum in Quarto pictulo, *et annuum censum pollicentur.*

CCCXIV.

Petrus Ioannis filius Gregorio filio Gregorii Cubicularii Neapolitanae Ecclesiae promittit instaurare Ecclesiam dirutam S. Petri Apostoli positam in agro plagiensi foris fluvium.

CCCXV.

Maraldus Ioannis presbyteri filius affratatus Monasterio S. Mariae super Ercica ad Speluncam *in monte Vesuvio donat eidem Monasterio praedium dictum* de Martinulo.

CCCXVII.

Pancratius Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi Ioanni Subdiacono tradit custodiendam Ecclesiam S. Euphemiae positam in vico Ficariola.

CCCXVII. *bis.*

Ioannes Petri de Aligisu filius, aliique a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipiunt colenda, et annuo cum censu praedia eiusdem Monasterii posita in agro nolano.

CCCXVIII.

Stephanus Petri Scarola filius, aliique, et Monasterium S. Marcellini commutant inter se praedia posita in Campo Romano.

CCCXIX.

Petrus presbyter et notarius a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipit colenda, et annuo cum censu praedia posita Savianae.

CCCXX.

Leo Levorano a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipit colendum, et annuo cum censu praedium positum Pumiliani foris Arcora.

CCCXXI.

Blattu relicta Ursi Dentice confirmat Ioanni de Amato venditionem praedii positi ad Falcuncellum.

CCCXXII.

Coram Missis Imperatoris Henrici Antonio Cappellano et Benzone dirimitur quaestio exorta inter Abbatem Capuani Monasterii S. Laurentii, et Petrum Comitem Langobardum de quibusdam praediis, quae eidem Monasterio donata fuerant a Principibus Capuanis.

CCCXXIII.

Maria Vitaliani Arvomacculo filia vendit Ioanni Ferrario praedium positum Casolae *loco nuncupato* ad Correlari.

CCCXXIV.

Petrus Secundicerius et Caesarius Donati filius a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipiunt ad censum praedium positum in monte Vesuvio.

CCCXXV.

Petrus Rappulo a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipit ad censum praedium positum in monte Vesuvio.

CCCXXVI.

Dodatus, et Landolphus Dodati filii donant Monasterio S. Nicolai condito in finibus Civitatis Caputmarini prope fluvium de Sapione Ecclesiam S. Martini, et quae ad eam spectabant.

CCCXXVII.

Ioannes Cutilinus a Monasterio S. Mariae ad Speluncam in monte Vesuvio accipit ad censum praedium Liciniani *positum.*

CCCXXVIII.

Cicinus Russo et Gregorius Capuburria a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipiunt ad censum praedia posita in clivo ad S. Petrum ad Paternum.

CCCXXIX.

Sergius Gregorii Inferni filius testamentum condit de cuncta sua hereditate.

CCCXXX.

Petrus Gallitula et Sparanus fratres commutant inter se praedia posita Pumiliani foris Arcora.

CCCXXXI.

Petrus Primarius conficit chartulam, quam Leo Curialis morte praereptus conficere nequiverat, scilicet de praediis quae Eupraxia Ioannis coniux Monasterio Ss. Sergii et Bacchi donavit.

CCCXXXII.

Gustabilis et Landemri a Ioanne presbytero custode ecclesiae S. Severi accipiunt ad censum praedia ad eamdem Ecclesiam spectantia.

CCCXXXIII.

Ioannes Dispensator et Rector Monasterii Ss. Sergii et Bacchi tradit Marino presbytero puteolano custodiendam Ecclesiam S. Petri positam Puteolis.

CCCXXXIV.

Petrus et Stephanus Fractere fratres a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi accipiunt molendinum.

CCCXXXV.

Monasterium Ss. Sergii et Bacchi tradit fratribus Petro et Stephano Fracteri molendinum.

CCCXXXVI.

Inter Gauderisium Kacci, et Ioannem presbyterum custodem Ecclesiae S. Severi definitur quaestio de finibus praedii ad eamdem Ecclesiam spectantis, quod extabat Marsicciani.

CCCXXXVII.

Sellecta relicta Sergii Porclacca, ut mariti aes alienum solveret, vendit Mundae Frodaldi filiae praedium positum Suessulae.

CCCXXXVIII.

Leo Consul civitatis fundanae, et eius uxor Bona donant Monasterio S. Angeli Caietae quidquid ad eos spectabat de praedio posito Cecopae.

CCCXXXIX.

Stephanus presbyter a Sergio et Eupraxia Ioannis filius accipit custodiendam Ecclesiam S. Ioannis in Curte *Regionis* Portae Novensis.

CCCXL.

Inter Marinum et Gregorium Ioannis filios, et Gregorium Inferno dirimitur quaestio de domo Maraldi presbyteri.

CCCXLI.

Bonus Pitrucci Caputi filius, aliique ad censum accipiunt a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium positum in loco, qui dicebatur S. Stephanus ad Caucilionem.

CCCXLII.

Ioannes Tertiator de Punticclo ad censum accipit a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium positum Pumiliani foris arcora.

CCCXLIII.

Ioannes et Guaimundus Sabbonis filii Biccarenses donant Azzoni Abbati Monasterii S. Benedicti quartam partem, quae ad eos spectabat in Ecclèsia S. Nicolai civitatis Biccarensis, et dimidium horti positi prope eamdem Ecclesiam.

CCCXLIV.

Maria Stephani filia vendit Leoni diacono Ecclesiae Neapolitanae praedium positum subtus Cavam.

CCCXLV.

Eupraxia Caesarii subdiaconi filia vendit Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedia posita in agro puteolano.

CCCXLVI.

Stephanus Primicerius, Sergius Picillo, aliique pollicentur sese habituros esse irritam chartulam, quam maiores eorum a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi acceperant, de praedio posito prope S. Mariam Lassamanicam.

CCCXLVII.

Inter Sergium Bareani filium, et Monasterium Ss. Sergii et Bacchi lis deciditur de praedio posito in loco nuncupato Romano ad Massam.

CCCXLVIII.

Inter Theodorum Pischicelli, et Monasterium Ss. Sergii et Bacchi definitur quaestio de piscatione in mari prope Insulam S. Vincentii.

CCCXLIX.

Inter Monasterium Ss. Severini et Sossii, et Mariam atque Aligernam Ioannis discipuli filias initur conventio de praedio Mianae *posito.*

CCCL.

Ioannes Abbas Monasterii S. Gregorii de Regionario tradit ad censum Stephano Primicerio et Petro Sasaffa praedium positum ad Tertium.

CCCLI.

Petrus Baruco et Laurentius Dispensator ac Rector Monasterii Ss. Sergii et Bacchi definiunt inter se quaestionem de quadam urbana servitute.

CCCLII.

Stephanus Abbas Monasterii Ss. Anastasii et Basilii et Bona Gregorii filia inter se commutant praedia in agro puteolano posito.

CCCLIII.

Laurentius Dispensator ac Rector Monasterii Ss. Sergii et Bacchi tradit custodiendam Ecclesiam S. Euthimii cuidam presbytero cognomine Cintruto.

CCCLIV.

Inter Sergium Tocculum et Monasterium Ss. Sergii et Bacchi lis dirimitur de praedio posito Nonnariae foris fluvium.

CCCLV.

Inter Ioannem Theodori filium et Stephanum Pantaleo dirimitur contentio exorta de domo posita Neapoli in Curte de Sancta Maria Regione Summa Platea.

CCCLVI.

Ioannes Mari et Gregorius inter se litem componunt de praedio posito Balusani.

CCCLVII.

Basilius Greco et David Clericus ad censum accipiunt a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi praedium in agro puteolano.

CCCLVIII.

Martinus presbyter custos Ecclesiae Ss. Cosmae et Damiani vendit Stephano Ferrario praedium positum ad Sanctum Sossium.

CCCLIX.

Stephano presbytero Ioannis filio traditur a Musanda Abbatissa Monasterii Ss. Erasmi, Marcellini et Petri Ecclesia S. Renati Confessoris.

CCCLX.

Petrus Landeverghe filius et Imeltruda eius uxor donant Monasterio capuano S. Laurentii Ecclesiam S. Sylvestri.

CCCLXI.

Stephanus Cutitricato a Stephano Inferno ad censum accipit praediolum positum Maliti.

CCCLXII.

Euphemia Petri Pappasanta filia Petro Abbati Monasterii S. Mariae Virginis in Monte ad Sementara *vendit inferiora Cellarei positi Neapoli* ad Nympham.

CCCLXIII.

Stephanus Aligerni filius Monasterio Ss. Severini et Sossii vendit praedium nuncupatum ad Tabulam *positum* Foris Arcora dudum Aquaeductus.

CCCLXIV.

Dominicus Fermosi Gallitulae filius fratribus Martino Lancise et Leoni vendit praedium positum Pumiliani foris Arcora.

CCCLXV.

Stephanus Cotticato Monasterio Ss. Severini et Sossii vendit praedium positum ad S. Petrum ad Callistum foris fluvium.

CCCLXVI.

Petrus Augusti filius Stephano Lagnese et Ioanni Ursi filio vendit praedium positum Pumiliani foris Arcora.

CCCLXVII.

Marinus Comes Isclanus et eius uxor Theodora Monasterio S. Mariae in Monte ad Cementara *donat imagines Virginis Mariae, S. Benedicti, et S. Restitutae, ac confirmat donationem praediorum positorum in Isclae insula.*

CCCLXVIII.

Eustathia Ioannis Caputi filia Monasterio S. Mariae ad Speluncam in monte Vesuvio donat praedia in agro nolano.

CCCLXIX.

Leo Episcopus Monopolitanus eximit ab episcopali auctoritate Ecclesiam Ss. Martyrum Demetrii et Laurentii, quam Garzianitus Imperialis Trumarcha condiderat.

CCCLXX.

Athenolphus Gregorii Spina filius Monasterio Ss. Severini et Sossii donat praedium positum ad S. Petrum ad Callistum.

CCCLXXI.

Petrus Ferrarius et Anna Gregorii de Rotunda filii, et Laurentius Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi componunt inter se litem de Ecclesia S. Petri ad Callistum.

CCCLXXII.

Ioannes Calciolarius Monasterio Ss. Sergii et Bacchi donat domum positam Neapoli in vico Ficariolae.

CCCLXXIII.

Bona et Petrus Lissano ac Laurentius Ygumenus Monasterii Ss. Sergii et Bacchi componunt invicem controversiam de domo a Ioanne Calciolario eidem Monasterio donata.

CCCLXXIV.

Petrus, Roffreda, Sassa, et Alferana donant Ioanni Imperiali Comiti et Triumviro Ecclesiam positam Luceriae.

CCCLXXV.

Monasterium Capuanum S. Laurentii emit a Iaquinto Longobardo praedia in agro Capuano posita.

CCCLXXVI.

Euphemia Pumiliani filia vendit Martino Lagnise, aliisque praedium positum Pumiliani foris Arcora.

CCCLXXVII.

Andreas Ioannis Cotricati filius donat Monasterio Ss. Severini et Sossii praedium positum foris Risinam ad S. Petrum ad Callistum.

CCCLXXVIII.

Maria Stephani Caruliti filia vendit Monasterio Ss. Severini et Sossii praedium positum foris Risinam ad S. Petrum ad Callistum.

CCCLXXIX.

Maria Petri Cotricati filia vendit Monasterio Ss. Severini et Sossii praedium positum ad S. Petrum ad Callistum.

CCCLXXX.

Stephanus Franco presbyter a Monasterio Ss. Sergii et Bacchi nuncupatur Custos Ecclesiae S. Ianuarii positae in vico dicto Iudaeorum et tria fata.

CCCLXXXI.

Petrus Petri filius vendit Monasterio Capuano S. Laurentii praedium Calvi *positum.*

CCCLXXXII.

Marinus Comes Castri Cumani filius Sergii Ducis Neapolitani donat Monasterio Ss. Sergii et Bacchi quamdam vini praestationem.

CCCLXXXIII.

Bisantius Leonis filius civitatis Barensis vendit Leoni Barbano praedium nuncupatum Agrulicclo.

CCCLXXXIV.

Petrus presbyter Ioannis filius Ecclesiae S. Petri Apostoli Civitatis Montis Corvini donat omnia quae possidebat.

CCCLXXXV.

Inter Mariam Martini Lagnise relictam, et Martinulum Leonis filium dividuntur praedia posita Pumiliani foris Arcora.

CCCLXXXVI.

Maru Nicetae filia declarat accepisse a Gregorio germano suo chartulas, et quaedam mobilia.

CCCLXXXVII.

Cotunnius, et eius filii Ioannes presbyter et Petrus vendunt Monasterio S. Mariae ad Speluncam in Monte Vesuvio praedium positum loco nuncupato ad Vicum.

CCCLXXXVIII.

Paldulphus Guaimarii Salernitani Principis filius, et Stephanus Abbas Monasterii S. Mariae ad Speluncam commutant inter se praedia in agro Salernitano posita.

CCCLXXXIX.

Ioannes Domnandi filius, aliique vendunt Monasterio S. Mariae ad Speluncam praedia in agro Palmae *posita.*

CCCXC.

Paldulphus Guaimarii Salernitani Principis filius, et Stephanus Abbas Monasterii S. Mariae ad Speluncam commutant invicem praedia in agro Palmae posita.

CCCXCI.

Martinus, et Sico Siconis filii a Ioanne presbytero Merchi filio accipiunt aureos tarenos XV, et ei tradunt praedium, quo fruatur per quinquennium.

CCLXIII.

Christe fave.

† IN nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo primo sed et constantino magno Imperatore anno trigesimo hoctabo: die septima mensis aprilis indictione quartadecima neapoli: Certum est nos gregorio primicerio filio quondam iohannis et sergio hoc est genitori *et filio* et abitatoribus in plagia sancti laurentii a presenti die promittimus tibi dominum philippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc *congregatus* es *in* monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur *casa picta situm* in viridiarium et at cunctas vestra congregatione *monachorum* memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter sex uncias de integra *terra* vestra iuris memorati sancti et venerabili vestro monasterio una cum sex uncias de integrum campum et cum sex uncias de alias petias de terra insimul posita in loco qui nominatur foris griptas unde alias sex uncias ex omnibus memoratis ut super legitur detinet quidam filio quondam petri cui supra nomen agenolfum per chartulam promissionis: una cum arvoribus fructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus quas vero memoratas sex uncias de memoratum fundum una cum memoratas sex uncias de memoratum campum: et cum sex uncias de memoratas alias petias de memoratas terra ut super legitur nobis nostrisque heredibus dedi-

An. 1001.

stitis in colligio at lavorandum at detinendum In eo tenore ut abto tempore nos et heredibus nostris super ibidem abitare et residere debeamus et bene et diligenter lavorare et excolere et at meliore cultum perducere debeamus cum bovis nostris et conciaturias vel omnia expensa caucuminas et bites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessis fueris et merueris: seu abalciare et potare et propaginare et ramare et sepa propaginare et roncare debeamus at omni nostro expendium et quodcumque nobis dominus deus dederis omni annue bictum et binum mundum et saccapannas tunc dividamus illut inter nobis pro medietate vos et posteris vestris medietate et nos et heredibus nostris similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra qui nos et posteris nostris exinde tetigeris de memoratum vinum mundum et saccapannas et memoratum bictum vos vobis illut traere debeatis quomodo potueritis: et nos et heredibus nostris illut vendemiare debeamus et metere at omni nostro expendium excepto vinum at bivendum at ipsis operariis pro bindemias comuniter demus trituria vero comuniter pargiemus et per vindemias duas personis vestra nutrire debeamus quomodo justum fueris: et per estate una personis: et ipse fischines at ipsis operariis comuniter demus quomodo fecerit totus ipse loco cum portionariis suis: de ipsum fundum stetit inter nobis ut nos et heredibus nostris vobis vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio dare et atducere debeamus omni annue per festivitate sancti sebastiani hoc est tortini mundi boni quinque et una gallina bona sine omni amaricatione: de ipsa fructora stetit inter nobis ut omni annue illas dividamus inter nobis per medietate vos et posteris vestris medietate et nos et heredibus nostris similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigerit vos vobis illut traere debeatis quomodo potueritis: et non abeatis licentia vos et posteris vestris nobis nostrisque heredibus illos tollere per nullum modum dantes et at implentes omni annue omnibus memoratis ut super legitur semente vero communiter demus: et omni annue nobis dare debeatis medium arborem plenum per bindemias ante sortes quia ita nobis stetit: si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et ec chartula promissionis sit firma scripta per manus

iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum manus memorato gregorio primicerio et sergio hoc est genitore et filio ego per eis subscripsi. †

† Ego iohannes Curialis testis subscripsi. †

† Ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi. †

† Ego iohannes Curialis testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione.

CCLXIV.

An. 1001.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo secundo sed et constantino magno imperatore frater ejus anno trigesimo nono: Die quintadecima mensis decembrii indictione quintadecima neapoli: Certum est me mira filià quondam iohannis ferrarii qui supra nomen muca: una cum consensum presenti leoni posteriori viri mei: A presenti die promptissima voluntatem venumdedi et tradidi tibi leone ferrario qui nominatur papaleone filio quondam gregorii ferrarii. IDest integra una petia de terra mea que ponitur in campo de miana una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus pertinente vero mihi per firmissima chartula securitatis mea que mihi exinde fecit stephano filio quondam iohannis cum consensu sillicta conjugi sue. et a memorato stephano hobenit et pertinet per comparatum per chartulam comparationis sue que at eum exinde fecerunt gregorio ferrario filio quondam iohannis seu et iohanne ferrario filio quondam petri ferrarii qui supra nomen corbi. qui fuerunt distributoribus anime quondam maria uterina germana mea. que et ipse ambe chartule in presenti aput te remisi cum omnia que continet: Coherente sivi et integra petia de terra mea que superius tibi venumdedi ud super legitur ab uno latere terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se sepis et fossatus exfinat. et de alio latere terra monasterii sancte patricie sicuti inter se lebata exfinat. de uno capite est caba publica et de alio capite est terra tua memorati leoni ferrarii: De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aud reserbavi nec in alienam personam commisi aud iam committo potestatem: et a nunc et deinceps a me tibi sit venumdatas et traditas in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem. et neque a me memorata mira cum consensu memorati leoni posteriori viri mei neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato leone ferrario qui nominatur papaleone aud tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aud molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus: Insuper omni tempore ego et heredes

meis tibi tuisque: heredibus exinde ab omnis omines omnique personis in omnibus antestare et defensare debeamus. pro eo quod *in* presenti accepi a te exinde Idest auri tari viginti duos *in omnem* decisionem seu deliberationem: ostendentes tu et heredibus tuis mihi meisque memorate anbe chartule ubicumque nobis necesse fuerit at relegendum et fine faciendum et sic tibi tuisque heredibus antestare et defensare debeamus: Quia ita mihi complacuit: Si autem ego haud heredibus meis quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ud super legitur venire presumserimus: per quobis modum aud summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ud super legitur sit firma scripta per manus sergii: discipulo domini mastali primarii per indictione memorata quintadecima *et hoc signum manus* memoratos iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari

† ego stephanus filius domini sergii rogatus a suprascriptos iugales *testi* subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego......... filius domini aligerni rogatus a suprascriptos jugales testi subscripsi et memoratos solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascriptos jugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

CCLXV.

Christe fave

An. 1002. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quadragesimo secundo: sed et Constantino magno Imperatore anno tricesimo nono: die bicesima quarta mensis februarii indictione quintadecima neapolim: Certum est me petro venerabile presbiterum qui nominatur paparo. A presenti die promicto vobis domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium: et at cunctas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii: et domino gregorio filio quondam domini iohannis domini asprando: et domino gregorio filio quondam domini iohannis hoc est cognatis tu memorato domino gregorio filio quondam domini iohannis de domino asprando pro vice de omnes filiis tuis qui abes de quondam domina eupraxia honesta femina qui fuit conjus tua: propter integris portionibus vestris: de ecclesia vocabulo sancti ianuarii situm inter duos vicoras unum qui nominatur iudeorum: et alium qui nominatur treafata qui et carrario dicitur regione porta sancti ianuarii: Una cum portionibus vestris de domibus seu cellis et abitationibus: et cum portionibus vestris de rebus et substantiis ipsius dicte ecclesie pertinentes de intus et foris omnibusque: eis et at memorate portionibus vestris pertinentibus: Unde vobis memorato domino filippum venerabili igumeno et at memorato sancto et venerabili vestro monasterio pertinet medietate et vobis memoratis cognatis pertinet alia medietate: Ubi domino deo volentem me ibidem custodem posuistitis: In eo tenore ut omnibus diebus vite mee in mea sit potestate tenendi et dominandi seu ibidem abitandi et residendi: et ipsas res lavorandi et at lavorandum dandi fruendi et commedendi: et de ipsa regia faciendi omnia que volueritis et omne officium sacerdotale die noctuque facere et exibere debeas ut aput deus et aput omminibus mihi laus et mercis atcrescat: et pro aliis moniis meis dedistitis et tradidistitis mihi et omnes res de memoratis portionibus vestris de memorata ecclesia

pertinet vel pertinentes fuerit per quobis modum et quodcumque offertum fueris in memorate portionibus vestris de memorata ecclesia a biribus et a mulieribus siat in mea potestate si fueris inmobile siat in mea potestate: si autem non fueris inmobile siat de memorate portionibus vestris de memorata ecclesia: et quodcumque at conciandum abueris memorate portionibus vestris de memorata ecclesia ego illut conciare debeamus at omni meo expendium: tantummodo ego omnibus diebus vite mee omni annue vobis vestrisque: posteris et heredibus vestris dare et dirigere debeas per natibitate domini oblatas paria quinque et per sanctum pasche similiter paria quinque et per iobidi sanctum pastilli quadraginta vobis memorato domino filippum venerabili igumeno et at posteris vestris medietate et vobis memoratis cognatis similiter alia medietate: et non abeatis licentia vos et posteris vestris vel heredibus vestris mihi vite mee illos tollere per nullum modum nec sacerdotes vel clericum aut monacum super me ponere per nullum modum dantes et atinplentes omni annue omnibus memoratis ut super legitur: post meum transitum memorate portionibus vestris de memorata ecclesia cum omni que per imbentaneum mihi dedistitis cum omnibus memoratis ut super legitur in vestra vestrisque: posteris et heredibus vestris rebertantur potestate cujus jure esse videmini: Quia ita nobis placuit: si autem ego aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris et heredibus vestris auri solido duodecim bythianteos: et hec chartula sit firma scripta per manus iohannis Curialis per memorata indictione........... alia manus................

† ego petrus presbiter subscripsi † .... alia manus..........

† ego iohannes curialis testis subscripsi †........ nam testis......

† ego petrus filius domini basili......... Iterum testis..........

† ego iohannes filius domini petri........... similiter testis.

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †........... alia manus............

† ego sergius primarius Curie huius civitatis neapolis hec exemplarie chartule sicut superius legitur quem eius authentica nobis diressit eupraxia honesta femina conius sergii filio quondam domini iohannis de muso pro ista exemplariam at eas faciendum ex ipsa authentica relevata et a singulos

relecta pro ampliorem ejus firmitatem manus proprias subscripsi in die vicesima mensis februarii indictione tertia decima †

† ego petrus tabularius Curie huius civitatis neapolis hec exemplarie chartule sicut superius legitur quod eius authentica nobis diresit eupraxia honesta femina conius sergii filio quondam domini iohannis de muso pro ista exemplariam ad eas faciendum ex ipsa authentica relebata et a singulos relecta pro ampliorem ejus firmitatem manus proprias subscripsi in die bicesima mensis februarii indictione tertiadecima †

CCLXVI.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno. Imperatore anno quadragesimo secundo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno tricesimo nono: die tertia decima mensis aprilis indictione quinta decima neapoli: Certum est nos anastasium et iohannem. seu gregorium uterinis germanis: filiis quondam domini petri monachi cognomento palamenestra: A presenti die promtissima volumtate. Venumdedimus et tradidimus vobis domino sergio venerabili presbytero custodem vero ecclesie beatissimi seberi christi confessori atque pontifex. et per vos inmagine quem quondam leo filio quondam domini stephani pingere fecit ad onorem sanctorum gregori papa rommani et agnelli christi confessori quas ipse posuit intus eadem vestra ecclesia. Idest integra una petia de fundum. una cum integra una petia de clusuria de terra nostra iusta se parte meridiana qui nominatur nepulianum posita vero in loco qui vocatur galloro una cum arvoribus fructiferis vel infrunctiferis simul cum introitas suas omnibusque: eis pertinentibus: coherente a memorata petia de fundum que superius vobis venumdedimus ab uno latere memorata petia de memorata clusuria quem superius vobis venumdedimus simul et petia de terra ex ipsa clusuria heredum quondam domini theodori guarnuli. de alio latere est petia de memoratum fundum monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora. et de illi dentici amalfitani. de uno capite petia de memoratum fundum memorate ecclesie vestre. de alio capite fundum domini gaitelgrime: et at ipsa petia de terra ex ipsa clusuria que superius vobis venumdedimus coheret de uno latere petia de memorata clusuria de terra predicte ecclesie sancti seberi: de alio latere petia de ipsa clusuria, de terra predicti heredes domini theodori guarnuli. de uno capite est memorata petia ex ipsum fundum que vobis superius venumdedimus sicuti inter se sepis exfinat. de alio capite terra domini petri pantaleoni qualiter inter se sepis exfinat: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena personas commisimus po-

An. 1002.

testatem. et a nuc et deinceps a nobis vobis et per vos in eadem magine sit venumdatum et traditum in vestra posterisque: vesteris et de eidem magine sit potestate ad abendum in sempiternum. et neque a nobis memorato anastasio et iohanne seu gregorio uterinis germanis neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino sergio venerabili presbytero aut posteris vestris vel memorata magine quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et heredes nostris exinde av omnis homines omnique personas in omnibus vobis posterisque: vestris et at memorata magine antestare et defensare debeamus: pro eo quod impresentis accepimus a vobis exinde. Idest auri tari viginti de illos viginti quattuor tari quem quondam memoratus leo reliquit pro sua. anima in memorata magine in omnem decisione seu deliberatione: Quia ita nobis complacuit: Si autem nos vel heredes nostris quobis tempore contra anc chartulam venditionis ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tum componimus vobis posterisque: vestris et in memorata magine auri solidos duodecim bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus leoni curialis scribere rogatus per indictione memorata quintadecima †

hoc signum † manus memorati iohannis et gregorii germani quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΑΝΑϹΤΑϹΙΟΥϹ ϹΟΥΒ †

† Ego iohannes scriptor rogatus a memoratis germanis testi subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego sergius filius domini stefani rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego iohannes curialis et scriniarius rogatus a memoratis germanis testis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† Ego leo Curialis qui memoratos post subscriptionem testium complevi et absolvi per indictione memorata quintadecima †

CCLXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno con- An. 1003.
stantino frater ejus magno imperatore anno quadragesimo: die

mensis februarii indictione prima neapoli: Certum est nos sparanum humilem presbyterum et primicerio congregationis charta sexta feria ecclesia sancti georgii catholice majoris quod est ecclesia sebriane una cum cunta nostra congregatione sacerdotum memorate charte: quamque et cunta stauritas plevi memorate ecclesie: A presenti die promptissima volumtate venumdedimus et tradidimus tibi iohanni filio quondam anastasii cui nomen baculi et abitator terras juris memorate congregationes charte et jamdicte sexta feria duas clusurias in uno tenientia una cum arboribus et introitas suas omnibusque eis pertinentibus et nominatur et ponitur at campu de lucia una cum arboribus et introitas suas et cum palmentum frabitum qui ibi est et cum omnibus eis pertinentibus: et insimul coheret de uno latere bia publici ubi est silice publici: de alio latere terra monasterii sancti sebastiani: de uno capite terra heredes quondam qui dicebatur tabanellu: de alio capite trasenda qui pergit at casalinas de memorato loco tertium et ex omni parte eas sepis et fossatus circumdant: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena persona commisimus potestate: etiam et quinque charte exinde continentes aput te remisimus in tumo scripte prima charta hoffertionis que fecit sergio miles filium quondam venerabilis domini ursi una cum consensu et actoritate lucie conjugi sue et per absolutione domini athanasii sanctissimi episcopi sancte neapolitane ecclesie et at memorate congregationis charte et at memorata stauritas: secunda charta quod est merissi dibisionis: tertia charta cessionis que fecit petro tribuno filio quondam bulgaracini militis at nomine sergii negotiatoris: quarta charta quem fecit lupo presbytero filio quondam vone memorie sergii carpentarii et dispositore ecclesie beati pantaleoni at nomen domino petro presbytero et domino stephano archiprimicerii quinta charta promissionis quem fecit domino stephano archiprimicerio et domi-

no petro presbitero at nomen domino sergio milite filio domini ursi : et a presenti die et deimceps memoratas duas clusurias de terras quod sunt in uno tenientia sicuti memoratas coherentias cingit una cum memoratum palmentum fabritum et cum arboribus et introitas suas et cum omnibus eis pertinentibus in tua tuisque: heredibus sint potestate queque exinde facere bolueritis liberam semper habeatis potestate: et neque a nobis memorato sparano presbitero et primicerio una cum cunta memorata nostra congregatione sacerdotum et cuntas memoratas stauritas plebis neque a posteris nostris neque a memoratas congregationes memorate charte neque a memoratas stauritas plevis numquam tu memorato iohannes aut heredes tuis habeatis exinde quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis imperpetuum: pro eo quod in presenti accepimus a te idest auri tari quindecim ut inter nobis combenit: si autem nos vel posteris nostris quobis tempore nos vel posteris nostris vel memoratas congregationes memorata charta vel memoratas stauritas contra hanc chartam venditionis ut super legitur venire presumxerimus per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque: heredibus auri solidos triginta sex bythianteos: et hec charta venditionis ut super legitur sit firma: scripta per manus iohannis curialis: per indictione memorata prima: hoc signum manus petri filii georgii et leoni scannagardillu et stephani guatriala et andrea qui nominatur rigi et sergio filailiari et sergio qui nominatur grasso et dominici et petri muti calciolarii et andrea isabru qui nominatur pungentre hoc est ipsius dictas stauritas quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †....... ...... alia manu........................

† sparanus presbyter et primicerius subscripsi †..... alia manu.....

† stefanus presbyter subscripsi †..........alia manu..........

† stephanus presbyter subscripsi †......... alia manu.......

† iohannes presbyter subscripsi †.............. alia manu .....

† ego sergius filius domini leoni rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †..........nam testi.......

† ego petrus filius domini marini........... iterum testi........

† ego cesarius filius domini leoni...........similiter testi.......

† ego iohannes curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †.........eadem manu..................

† ego petrus primarius curie uius civitatis neapolis hec esemplaria charta venditionis sicut superius legitur quam eius autentica nobis dedit dominus iohannes venerabilis abbas filius vone memorie domini guaimarii principis salernitani pro ista exemplaria facienda at memorato monasterio sancti sebastiani situm in biridiario ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. imperante domino nostro alexio magno imperatore anno duodecimo. sed et iohanne porfilogenito eius filio magno imperatore anno primo: die octabadecima mensis aprili indictione prima †

† ego stephanus tabularius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria charta venditionis sicut superius legitur quam eius authentica nobis dedi: dominus iohannes venerabilis abbas filius vone memorie domini guaimarii principis salernitani. pro ista exemplaria facienda at memorato monasterio sancti sebastiani. situm in biridiario. ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. imperante domino nostro alexio magno imperatore anno duodecimo. sed et iohanne porfilogenito eius filio magno imperatore anno primo. die octabadecima mensis aprelis indictione prima. †

CCLXVIII.

An. 1003.

† In nomine domini quinto decimo anno principatus domini nostri guaimarii filius domini guaimarii gloriosis principibus mense februario prima indictione. Ego cortese filius cuidam sellicti de loco............... ubi dicitur illacurti finibus lauri. dum congruum michi fuit bona namque voluntate per hanc quoque videlicet chartulam venundedi tibi domini stephani venerabili abbati monasterii sancte marie que dicitur da illa spelunca que fundatum esse videtur in monte vesubeo. idest duobus petiis de terra rebus mea prima petia ubi dicitur ad ipsa.......habente fines ab oriente fine de heredibus guisi. a meridie est finis. monasterii sancti ioannis ab occidente namque finis de heredibus senatori. a septemtrione vero fine superscripti vestri monasterii pertinente a quodam arechisi filii sillicti. Secunda namque petia que dicitur at guzola continente ab occiduo fine via. a meridie fine prescripti monasterii pertinente a superscripto arechisi. ab oriente est fine dominici filii dominici a septentrione *fine*...... gaugi filii birini. Hec vero suprascripta rebus qualiter per finis indicatum est totum et integrum illut tibi domini stephani venerabili abbati venundedi. et de predicta mea *venditione* nec mihi nec cuicumque alteri nullam exinde reserbabi habendum .. .. a lagumbardorum partibus dicimus exinde remanere qualibet sortione set una cum inferius et superius et cum vice de viis et anditis suis cum omnibus suis pertinentiis........... illut tibi venundedi habendum et possidendum. unde per hanc mea venditione........ confirmanda recepi exinde a te suprascripto pretium auri tari boni quatuordecim in omnem deliberatonem sicut inter nobis combenit finitaque mea venditione integra suprascripta mea venditione vel ut prelegitur habeatis et possideatis et *possideatis* et possideatis tu predicto domino stephano venerabili abbati tuique posteriores...... que prescripti vestri monasterii faciendum exinde omnia quod.......... sine omni contrarietate vel requesitione mea et de meis heredibus et sine cujusque contradictione. Ex qua res promisi et guadiam tibi iamdicto domino stephani venerabili abbati pro pars iamdicti vestri monasterii dedi et medium tibi posui paldoyno filio guisi de suprascripto loco cellecurti et...... iacinti de locum nola et pro ipsa guadia obligabi me et

meos heredes tibi supradicti domini stephani venerabili abbati eiusque posteris in pars iamdicti vestri monasterii hec predicta mea venditione qualiter superius legitur ab omibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere. Quod si minime illut vobis antistare et defendere poterimus vel noluerimus. aut si nos ipsi per qualis ingenio contrare vel remobere quesierimus aut si aliqua intentione exinde proposuerimus tunc per bona combenientia obligo me et meos heredes tibi tuisque posteris in pars iamdicti vestri monasterii coram trigiata auri solidos constantinianos et in antea exinde adversus vos taciti et contenti maneamus et ut super legitur cuncta vobis adimpleamus et hec charta ut super legitur et semper sit firma et stabilis permaneat.......... ioannes clerico et notario scribere rogabimus

† ego summus.

† ego iacintone.

CCLXIX.

An. 1003.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo tertio: sed et Constantino frater eius magno Imperatore anno quadragesimo: die quintadecima mensis magii indictione prima neapoli. Antiqua Consuetudo huius civitatis est ud qualecumque chartula aud dispositum vel testamentum annotaberint qualecumque Curialis aut notarius vel tabularius. sibe primarius qui huius civitatis prefuerid illa vel illud sternere et atimpleret ud pro hoccansionem neminem periret: Nunc autem benerunt michi: mastalo primario note testatem de chartula offertionis quem scripsit quondam iohannes Curialis qui cognominabatur billusi set pro divina vocationem minime ille sternere concurrid. proinde et ego memoratus mastalus primarius secundum consuetudinem in anc pagina scribo et atfirmo illa ud de omnia et in omnibus que continet firma et stavilis permanead. quibus ipse note continet ita: †: die sexta mensis iunii indictione undecima neapoli: Certum est me iohannem filio quondam karemmanni de munianum territorio cymmitirense: A presenti die promtissima voluntatem offero et trado tivi domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani in loco qui nominatur casapicta situm in biridiario et per te in memorato sancto et venerabili tuo monasterio. sanctamque tua congregationem monachorum. pro anima mea. Idest integra portionem meam de integrum holibetum positum in memorato loco. et nomminatur ad auriolum: una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus. que aduc et indivisa reiacent ipsa portione mea exinde una cum alia portione basilii germani mei. et ipsa portione mea et portione memorati germani mei est uncias sex inter ambi: et ipsas sex uncias nostras aduc iterum indivisas reiacent cum similes sexuncias vestras memorati vestri monasterii: Unde nichil michi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam cuiusque personam quod apsit commisi potestatem: et a presenti die et deinceps prenomminata memorata integra portione mea exinde ut super legitur a me vobis sit offerta et tradita in vestra vestrisque: posteris sint potestatem queque exinde facere

volueritis. et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nec a nobis personam summissam nullo tempore numquam vos memorato domino sergio venerabili ygumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis vestro monasterius quod apsit abeatis exinde qualibet requesitionem aut molestiam per nullum modum in perpetuum. quia ita michi placuit: si autem ego aut heredibus meis quobis tempore contra anc chartulam offertionis ud super legitur benire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissam personam tunc componimus vobis posterisque: vestris auri solidos viginti bythianteos et ec chartula offertionis ud super legitur sit firma in perpetuum: quod vero chartula offertionis sicut superius legitur secundum consuetudinem manus meas proprias scripsi ego memoratus mastalus primarius die et indictione memorata prima †

hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos pro heum subscripsi †

† IΩ̄ † domini andreae

† sergius † domini aligerni

† IΩ̄ † domini andreae

† Ego mastalus primarius Curie huius civitatis neapolis qui memoratos post subscriptionem memoratorum testium quos ego hic manibus meis prenotavit heo quod defuncti sunt. et in ipse note huius Chartule prenotati sunt. Ideoque secundum consuetudinem Complevi et apsolvi per indictione memorata prima †

CCLXX.

An. 1003.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo tertio: sed et constantino frater eius magno Imperatore anno quadragesimo: die tertia mensis iulii indictione prima neapoli: Certum est me iohannem subdiaconum sancte neapolitane ecclesie filio quondam leoni: A presenti die promtissima voluntatem promicto vobis domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur kasapieta situm in biridiario: propter integra ecclesia vestra vocabulo sancti seberi sita vero secus platea que vocatur radia solis qui et gurgite dicitur iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. una cum abitationibus et cellis et omnibus rebus substantiis ipsius dicte ecclesie vestre pertinentes omnibusque: eis pertinentibus. ubi domino adiubante me ibidem custodem posuistis ha nunc et omnibus diebus vite meae: In eo enim tenore ud prenominata ecclesia vestra vocabulo sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque: eis pertinentibus et cum omnia que per inbentaneum michi adsignaberitis et cum omnia que a viribus et mulieribus ibi offertum vel oblatum fuerid homnibus diebus vite meae in mea sint potestatem tenendi et domminandi seu frugiandi et de ipsas frugias faciendi que voluero. Ita et ego in eadem ecclesia vestra super abitare et residere promicto ha nunc et omnibus diebus vite meae. et omnem officium sacerdotalem ibidem canere promicto vel kanere facio usque: dum domino deo placueris et ego perductus fuero ad onorem sacerdotalem hoc est besperos et matutinos seum missarum sollemnia et horis laudibus et lumminariorum concinnationem ibi exibere promicto ut aput domini omnipotente michi mercis adcrescat et apud hominibus laus: hetiam quodcumque ipsa ecclesia vestra vel ipsis abitationibus ad conciandum abuerid ego illud conciare promicto ad omni meo expendio. Insuper a nunc et omnibus diebus vite meae omni annuo vobis posterisque: vestris memoratoque sancto vestro monasterio exinde dare et dirigere promicto per nativitatem domini oblatas parias tres. et per resurrectione domini similiter oblatas parias tres. et per festivitatem memorate ecclesie sancti

seberi oblatas parium unum absque: omni ammaricationem nullam vobis posterisque: vestris exinde omni annuo mictentes hoccansionem: et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris nec abeatis licentiam memorata ecclesia vestra sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque: eis pertinentibus ud super legitur omnibus diebus vite meae michi tollere aut me exinde eicere nec qualibet sacerdotem vel clericum aut monachum aut alia quabis personam ibidem ponere per nullum modum nec per summissam personam nec per nullum humanum arbitrium: post autem meum transitum memorata ecclesia vestra cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque: eis pertinentibus. et cum omnia que per inbentaneum michi adsignaberitis in vestra posterisque: vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur et sint potestatem queque exinde facere volueritis. si vero movilem ibi offertum fuerit in mea sint potestatem faciendi exinde que voluero. si autem immovilem ibi offertum fuerit post meum transitum in possessionem memorate ecclesie vestre remanere debeas: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personam tunc componimus vobis posterisque: vestris memoratoque vestro monasterio auri solidos viginti quattuor bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus mastali primarii scriniarii rogati per memorata prima indictione †

† ego iohannes subdiacono subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testi subscripsi †

† Ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis testi subscripsi †

† Ego mastalus primarius qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et apsolvi per memorata prima indictione.

CCLXXI.

An. 1003.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo quarto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo primo: die quarta mensis nobembrii indictione secunda neapoli: Certum est nos iohanne et petro seu stephano genitore et filios. cognomento bespuli. et abitatoribus at ribo at sanctum cesarium. nos autem pro vices nostras et pro vices sergio filio et germano nostro: A presenti die promittimus vobis domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiario. et at cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum casalem vestrum iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii positum in loco qui nominatur casanicum. una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus seu et cum pischina vestra intus se: quas vero memoratum integrum casale vestrum nobis nostrisque: heredibus dedistitis in colligio at laborandum. et detinendum. in eo tenore quatenus nos et heredes nostris illut per omni annuo apto tempore bene et diligenter laborare et excolere seu propaginare et albaciare debeamus ad omni nostro expendio. et sepes eius per giro roncare et emarginare debeamus omni tempore sicut meruerit: et debeamus illum potare et derramare et cultare omni tempore sicud meruerid et ut iustum fuerit at nostro expedio. caucumminas et bites ibidem per omni annue ponere et plantare debeamus hubi meruerit et sicut justum fuerit et at meliorem cultum illum perducere debeamus in omnibus bene ud expedit ad omni nostro expendio: et per omni annue illos seminere et cultare debeamus at omni nostro expendio: et omnia quodcumque nobis dominus deus dederit et que ibi fecimus in quolibet semminatum et glandes per tempore super nos illos recolligere et frugiare debeamus unde nullum nobis exinde queratis per nullum modum: tantummodo homni tempore quandoque glandes abuerit memorato casalis vestro debeatis vobis exinde eligere duos pedes qualis vobis placuerit et vos vobis illas exinde colligere faciatis. et nos ille vobis ba-

ctere debeamus et vos vobis ille exinde deducere faciatis: et quantum binum per omni annue ibi fecerimus mundum et saccapanna ad palmentum nostrum illos inter nobis dividere debeamus mundum et saccapanna per medietatem. et ipsa medietatem vestra que vobis tetigerit vobis illos exinde traire debeamus per omni annuo usque: intus memorato vestro monasterio gratis: et nos illos per omni annuo bendemiare debeamus ad omni nostro expendio: scapule vero ex eodem casalem vestrum nos et nostris heredibus ille per omni annue cultare debeamus. et insertitum seum castanietum facere et ille fructare debeamus sicut iustum fuerit at nostro expendio. et de ipse inserte et castaneas seu sorbas et bespolos et ballane que ibi abet vel abuerit. etiam et si melas ibidem abueris per omni tempore nos illud colligere debeamus ad omni nostro expendio: et quandoque per tempore illud ad colligendum benerimus vobis illum nuntiare debeamus et inter nobis illud dividere debeamus per medietatem. et ipsa medietatem vestra nos et nostris heredibus illas exinde deducere debeamus usque intus memorato monasterio gratis. et dum vobiscum collixerimus ipsa fructoras una persona vestra vobis nutrire debeamus ut iustum fuerit. et per tempore bindemias dum vobiscum bendemiaberimus per omni annua duas personas vestras nutrire debeamus unum at campum et unum at palmentum sicut meruerit et ud iustum fuerit: et numquam presummatis vos aut posteris vestris aut memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius nec abeatis licentiam nobis nostrisque: heredibus memoratum casalem vestrum tollere et at quabis personam at laborandum dare aud in vestra proprietatem illum recolligere per nullum modum bene nos et heredibus nostris illum laborantes et cultantes et omnia memorata adimplentes. Ita et nos aut nostris heredibus non abeamus licentiam vobis illum abrenuntiare per nullum modum: actamen firmamus ud quantas querquas abet vel abueris in memoratum casalem vestrum qui non fuerit bone fructifere si vos et posteris vestris vel memorato vestro monasterio illas exinde abscindere volueritis licentiam et potestatem abeatis omni tempore quandoque volueritis: Insuper stetis nobis ut si ex omnibus memoratis vobis posterisque: vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio non adimpleberimus a tunc licentiam et potestatem abeatis .vos et posteris vestris et memoratus vestro monasterio nobis nostrisque: heredibus memoratum casalem vestrum nobis tollere e de ple-

num et integrum et elatum exinde foris eicere quia ita sic nobis vone voluntatis stetit: si autem nos aut nostris heredibus quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumpserimus et minime adimpleberimus homnibus memoratis per quobis modum aut summissam tunc componimus nos et heredibus nostris vobis posterisque: vestris et at memorato vestro monasterio auri solidos viginti quattuor bythianteos et ec chartula placiti promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus mastali primarii scrivere rogatus et memoratis ut subscriverem rogatus per memorata secunda indictione †

hoc signum † manus memorati iohannis et memorati petri seu memorati stephani genitore et filios ipsis vero pro vices suos et pro vice memorati sergii filio et germano suorum quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† Ego gregorius Curialis: rogatus a memorato genitore et filiis testi subscripsi †

† Ego Sergius Curialis: rogatus a memorato genitori et filiis testi subscrispi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripto genitore et filiis testi subscripsi †

† Ego mastalus primarius Complevi et apsolvi per memorata secunda indictione †

CCLXXII.

Universis sanctae romanae aecclesiae filiis: Officii nostri et omnium sanctarum dei aecclesiarum commoda generaliter considerantes et maxime earum que potentialiter sub iure et dominio nostrae romanae aecclaesiae consistunt. Siquid erat incommodum abolere negavi incommoditate sua neglecte vilesscant vel qualibet nos ac occasione debita sollepnitate careat; In arce arce cum plurima negatiorum genera ad sedem romanam ex diversis mundi partibus deferantur. Cumque ad multa costituenda. sive ordinanda conferamur. inter nonnulla presentiarum accepimus illud quoque ad nostras aures pervenit quod blebem sancte marie intro civitate qui vocatur iserge iuxta fontem sancti iohannis baptiste sitam. partim antiquitatis suae partim neglegentia pastoris ruine lapsa defecerat. Sed nutu dei eiusque genitricis. landinolfus comes. filius comitis landolfi greci. cum bone memorię gemma coniuge sua. de rebus propriis pro redeptione animae eorum ipsam antiquam blebem ad honorem sancte mariae reedificavit atque renovavit. Fuerat enim quondam occupata pastoribus qui non sibi profecerant ad augmentum sed totius inminutionis dederat obrobrium Ergo quamvis priorum patrum exemplo doceamur. ut omnibus ecclesiis per totum orbem terrarum diffusis christi amore qui eas nostri officii subesse voluit ministerio prodesse debeamus. tamen et haec nos ad subveniendum cogat necessitas. Quapropter dignum dicimus ea ecclesia sancte mariae sitam iuxta fontem sancti iohannis baptiste intro civitate que yserge vel in omni sua pertinentia ut prephatum comitem landinolfum filium landolfi greci cum suis heredibus dominium et potestatem exerceant ad regendum servitores ipsius ecclesiae secundum deum et ecclesiasticum ordinem ut servitium dei non minuetur sed augeatur et crescat. Decernimus etiam ut episcopus eiusdem yserge civitatis nichil omnino de rebus vel ornamentis ipsius prephate ecclesiae sancte mariae per quamlibet occasione vel argumento imminuere vel tollere presumat. et nullatenus inde aliquid quasi privato accipere audeat. sitque ab omni externa potestate idonea atque perhemniter secura; Si vero quod non optamus in alicuius male opinionis piaculo servitores ipsius aecclesie deprehensi fuerint epyscopum ipsius civitatis regulariter instituimus corrigendos. Si autem epi-

An. 1004.

scopus eos regulariter emendare contempserit. apud sedem apostolicam decernimus audiendos atque regulariter corrigendos. Quod si fortasse quisquam hoc nostre auctoritatis privilegium inmutare. vel minuare presumpserit. omnimode frustretur. et primum quidem sui ordinis gradu privetur. atque anathematis ultione mittatur. partem cum iuda traditore in fine extremi examinis habeat. Et per auctoritatem quam beatum petrum in celo et in terra ligandi atque solvendi meruit potestatem sit a participatione dominici corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi a nostro consortio nisi resipuerit perenniter reclusus ea que statuta sunt perpetua possint diffinitione manere et temeratorem presentis decreti. de sua temeritate penis multiplicibus subiacere; scriptum per manum petri notarii sanctae romanae ecclesiae in mense octuber indictione tertia.

† Bene Valete

CCLXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio *magno imperatore anno* quadragesimo quinto: sed et Constantino frater eius magno Imperatore anno quadragesimo secundo: die decima mensis ianuarii indictione tertia neapoli: Certum est nos laurentio filio quondam domini bitaliani: et stephano filio quondam domini iohannis qui vocatur da campana postmodum vero monachi hoc est cognatis: A presenti die promtissima volumtatem. venundedimus et tradidimus tibi leone ferrario et maiorario filio quondam gregorii ferrarii qui nominatur papalone: idest integrum fundum nostrum positum in loco qui vocatur miana: una cum arboribus et fructoras suas et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus. coherente sibi ab uno latere fundum tuum memorati leoni et abet ibidem longitudine passi quadtuordecim et medium: et de alio latere est carraria comune vestra et de aliis consortibus nostris unde ibidem introitum abere debeatis et abet ibidem passi similiter quadtuordecim et medium: et ab alia parte est fundum petri qui nominatur gallerula filio pitrucci sicuti inter se sepis exfinat et abet ibidem passi sidecim: et da quartam parte est fundum de illi toccatocca et abet ibidem passi quadtuordecim et medium memorati vero homnes passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane: de quibus nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque personis quod absit. comisimus aut iam comitimus potestatem: set a presenti die et deinceps integrum memoratum fundum nostrum sicuti per memorates coherentie et memorati passi exsegregabimus cum fructuoras suas et cum introitum suum: et omnibus sibi pertinentibus sicuti et quomodo superius legitur a nobis tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem et neque a nobis memorato laurentio et memorato stephano hoc est cognatis neque a nostris heredibus nec a nobis personam sumissam nullo tempore numquam tu memorato leone ferrario et maiorario aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando tempore quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per sumissam personis nullamque adimbentam ratione nec per

An. 1005.

sumissam personis a nunc et in perpetuis temporibus : Insuper et ab omni omines homnique personis omni tempore nos et eredibus nostris tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus : propter quod accepimus a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione idest auri tari sicut inter nobis combenit. Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personis tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos viginti bythianteos : et hec chartula venditionis ud super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorati laurentii. signum † manus memorati stephani hoc est cognatis ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† Ego iohannes scriptor rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Ego iohannes Curialis et scriniarius rogatus a memoratas personas testi subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Ego Leo Curialis rogatus a memoratas personas testis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Ego gregorius Curialis Complevi et absolvi pro memorata tertia indictione †

CCLXXIV.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domini nostri guaimarii gloriosi principis mense februario tertia indictione. Nos hi sumus maraldo filio sabbatini qui super nomen pecoraro clamamatur de loco liciniana palmense finibus quam et grusa vir et coniux dum a domino ihesu christo commpulsi sumus quam et pro mercede et salvatione anime nostre quam et de parentibus offeruimus nos una petia de terra quem havemus in supradicto loco ubi proprium dicitur at vinea de lea in ecclesia beate dei genitricis et virginis marie at illa spelea sita monte vesubeo quem dominus martinus benerabilis a nobo fundamine construxit cuius regimen modo videtur esse domini stephani benerabilis abbas et cuncta congregationes prephati monasterii. ipsa terra aventes finis de uno latere fine terra de ipsi scarpati sunt passi triginta et septem. et de alio latere fine terra ecclesia sancti martini sunt inde passi quadraginta sex. et de supto capite fine de ipsi mascia sunt inde passi trigintadui et de super capite fine iohanni corcioni sunt passi viginti quattuor usque in priore fine. Hec vero superscripta terra qualiter per finis et mensuriis eius predicte sunt offeruimus in iamprephata ecclesia quam et per firma stavilitate interesset vocavimus coldi iudex et supscriptis testibus per hanc quoque videlicet chartula offero et trado tivi domini stephani abbas et cuncte congregationis supradicti monasterii iam prephata petia cum omnia intro se haventibus vel aiacentibus et modo et semper avendum et dominandum fruendi comedendi et omnia quod volueritis exinde faciendum una cum inferius et superius et cum vice de viis et anditis suis at intrandum et exiendum et omnes vestras utilitates faciendum quod vobis placuerit. Unde per bona convenientia guadiam tivi suprascripto domini stephani benerabilis abbas et mediatore bobis posuimus roffrido filio stephani qui super nomen maroci clamatur. et sparani filii maraldi galli. et per eadem guadia et per suprascripti mediatores obligamus nos qui supra nominati maraldo et grusa vir et coniux obligamus et nostris heredibus vobis qui supra nominati benerabilis abbas et vestri posteribus ipsa iam dicta offertionis defensandum da omnes homines ab omnique partibus antestare et defendere promittimus.

An. 1005.

quod si nos minime antestare et defensare voluerimus aut si nos ipsi forsitan per quobis ingenio disrumpere seu tornare quesierimus aut aliter vobis exinde tollere aut minuare quiesierimus per quacumque modum aut quolivet ingenio. sive per nos aut per submissa a nobis a nobis persona ante omnia questio nostra sit inanis et bacua. et obligati siamus nos qui supra nominato maraldo et grusa et nostris heredibus vobis qui supra venerabilis abbas et vestris posteribus at componendum quinquaginta solidi costantini. et in antea adversus vos taciti et contenti permanere deveamus. et quicumque homo ista carta disrumpere aut removere quesierit et de iam prephata ecclesia eos subtraere voluerit per quacumque modum aut quolivet ingenio quantum quantoque ista carta continet. haveat anathema a trecentis decem et octo patres et da viginti quattuor seniores e da duodecim apostoli. et quattuor evangeliste et haveat parte cum iuda traditore domini nostri ihesu christi. et sic decluctiat eum terra sicut decluttivit dathan et aviron. Verumtamen si causatio exinde exorta fuerit a quobis parte licentia aveatis vos qui supra abbas et vestris posteris cum ista cartula causare vice nostra seu et cum alia molimina quod exinde avere potueritis et ipsa rebus defensare quomodo vultis. Et te stephanus presbyter et notarius scribere rogavi. Actum palma.

† Ego qui supra Cordi iudex

† Ego amato.

CCLXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo quinto sed et Constantino magno imperatore anno quadragesimo secundo: die vigesima quarta mensis martii indictione tertia neapoli: Certum est nos marinus comes castello nolano filius quondam domini ursi monachi. una cum consensum et voluntate drosu honeste femine coniuge mea: A presenti die promptissima voluntate pro domini amore et salvationis anime nostre ut aput eternum dominum requiem invenire baleamus hofferre et offero adque in presentis contradidi vobis domino bono venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et cuncta vestra congregatione monachorum et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio: Idest integra terra nostra que vocatur at pulianum posita vero in loco qui vocatur calbetianum una cum integrum intersicum suum in capite ex ipsa terra a parte horientis coniunctum: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus eis pertinentibus: coherente insimul de uno latere parte septentrionis terra ecclesie sancte agathe de summa platea et terra de illi bintritelli seu et terra de illi ypati. de alio latere parte meridiana terra vestra iuris memorati vestri monasterii: de uno capite parte occidentis clusuria nostra que nobis reserbavimus sicut inter se sepis exfinat. de alio capite parte horientis coheret terra stephani curistelli ex ipso loco. colbetianum et memoratum intersicum que vobis offeruimus et ad eodem intersicum da ipsa horientalis parte coheret terra heredum domini aligerni morfissa simul et alia terra nostra que nobis reserbavimus sicuti termines exfinat. de qua nihil nobis ex ipsa terra et intersicum que vobis offeruimus intus memoratas coherentias ut super legitur cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena persona quod absit comisimus aut iam comittimus potestate. et a nunc et deinceps a nobis vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sit offertum et traditum in vestra posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sit potestate queque exinde facere volueritis et neque a nobis memorato marino comes una cum

An. 1005.

consensum et voluntate memorate drosu conjugi meae. neque a nostirs heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino bono venerabili abbati aut ipsa vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. aut posteris vestris quod abeit abeatis de oc que superius vobis offerui ut super legitur aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus pro eo quod in presentis me et memorata coniuge mea in sacro dipticos memorati vestri monasterii scribere dignastis quasi unum ex ipsi monachi cenoviati memorati vestri monasterii: Quia ita nobis complacuit: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri libra una bythiantea et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii scribere rogatus per indictione memorata tertia † hoc signum † manus memorate drosu honeste femine quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† Ego marinus com

† ΕΓΟ CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΛΕΓΕΡΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† Ego iohannes Curialis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego iohannes filius domini marini rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

CCLXXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo septimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo quarto die vicesima prima mensis decembri indictione quinta neapoli: Certum est me petrum cui supra nomen dedoni filium quondam leoni de loco qui nominatur munianum: A presenti die promicto tibi domino stephano cui supra nomen inferno filio quondam idem domini stephani inferni propter integras sex uncias quod est medietatem de integrum fundum qui nominatur at cepollari. una cum sex uncias quod est medietatem de integra clusuria de terra ibi ipsum et cum integra corrigias de terras quod est una ante alia costitutas. in uno coniuntum. una cum alium fundum positum in memorato loco intus ille curti. seum et cum integra alia petias de terras que vocatur at cesa: nec non et integra petia de terras que nominatur at illa silba: Insimul una cum arboribus et introitas earum et omnibus sibi pertinentibus seum et cum integra portione tua de piscina comune quantum at oc pertinet: pertinente tibi per perenterum tuorum qui coheret sibi at memoratas sex uncias tuas ex ipsum fundum qui vocatur at cepollari ab uno latere fundum heredes domini iohannis brancatortio: et ab alio latere reliqua alia sex uncias ex ipsum fundum qui est de domino gregorio germano tuo: et de uno capite via publica: et ab alio capite est ipsa sex uncias tuas ex ipsa clusuria: et at memoratas sex uncias tuas ex ipsa clusuria coeret sibi ab uno latere terra memorati heredes domini iohannis brancatortii et ab alio latere est ipsa sex uncias ex ipsa clusuria qui est de memorato germano tuo et ab alio capite est memoratas sex uncias quas mihi superius dedistitis etiam et at ipsa corrigia coeret sibi ab uno latere terra memorati heredes memorati brancatortii: et ab alio latere terra ecclesie sancte marie qui dicitur de illu at talaricum: et de uno capite est terra iamdicti heredes domini iohannis brancatortii: et at memoratum alium fundum qui est intus memorate curti coeret sibi ab uno latere fundum domini atenolfi et domini iohannis cacapice: et de alio latere fundora de ominibus de memorato loco ubi ego sorte abere bideor: et de uno capite fundum de memorati branca-

An. 1006.

tortii: et de alio capite fundum memorati gregorii germani tui que ego da eum tenere bideor: et at ipsa petia qui dicitur at cesa et ipsa coeret sibi ad ambe partibus terra tuctotrolini de memorato loco munianum et de tertia parte terra gregorii presbiteri de ipso loco: et da quarta parte sunt corrigie de terra ecclesie sancti petri at lictorium: et at memorata petia que ponitur at ille silba et ipsa coeret sibi ab uno latere terra jam dicti brancatortii: et de alia parte via publica: et da tertia parte est terra tua que in tua reserbasti potestatem seum et de memorato germano tuo: quas vero memorate nominate terre ut super legitur mihi meisque heredibus illos dedistis at laborandum seu detinendum in eo vero tinore ut in mea meisque heredibus sint potestatem eo tenendi et dominandi seu laborandi et arbustandi quamque seminandi caucumminas et vites ibidem ponendi et plantandi ubi necessum fuerit et sicut iustum fuerit: et super nos per omni annuo inferius recolligendi fruendi et commedendi et de ipsa re fugias faciendi omnia que voluerimus: unde nullam sortem aut partes mihi meisque heredibus exinde queratis aut tollatis per nullum modum: tantummodo ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde per omni annuo per festibitatem sancte marie de agusto mense terraticum dare et atucere debeamus de que ibidem seminaberimus in simplice bonum siccum tractum paratum usque ante regias domui tue mensuratum at modium quale tibi dant aliis portionariis qui terra da te in memorato placito tenuerit: et per omni annuo tibi tuisque heredibus atucere debeamus pulli parium unum sine omni amaricationem: etiam et per omni annuo quantum binum nobis nostrisque heredibus deus dederit in ipse terre mundum et saccapanna tuc dibidemus illos at palmentum nostrum per medietatem tu et heredibus tuis medietatem et ego et heredibus meis similiter alia medietatem et hego et heredibus meis illos vendemiare debeamus at omni nostro expendio: et ipsa sorte vestra qui vos exinde tetigerit vos vobis illos exinde atucere debeatis quomodo potueritis preter nos: vobis illos serbare debeamus in organias nostras usque in dies tres: et dum nobiscum vendemiaberitis duos omines vestros cum unum caballum enutrire debeamus unum at campum et alium ad palmentum sicut iustum fuerit: binum vero at bibendum at ipsis operariis per bindemias de comuni illos ponere debeamus: et nullatenus presumet tu aut heredibus tuis mihi meisque heredibus illos tollere et a quabis persona illos at laborandum dare per nullum modum vene ego et heredibus

meis illos laborantes et arbustantes et vos pargiantes et omnia memorata atinplentes ut super legitur: et nec ego nec heredibus meis nullatenus presummemus illos alicui venumdare aut infiduciare vel in pignus supponere aut in ecclesia offerre per nullum modum: et quandoque ego aut heredibus meis tibi tuisque heredibus illos atbrenuntiare voluerimus remelioratum licentiam abeamus et dum illos in hoc placito tenuerimus tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus illos defendere debeatis ab omnis omines omnique persona: insuper stetit nobis ut si quobis tempore in memorate terre bufulco vestro ponere volueritis licentiam habeatis nobis illos tollere po at bendemia recollicta et si clara facta beritatem ibidem bufulco vestro non posueritis non habeatis licentiam nobis illos tollere ut super legitur quia ita nobis placuit: Si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos viginti vythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus stephani scriniarii discipulo domini petri primarii per memorata indictione ✝

hoc signum ✝ manus memorato petro quod ego pro eum subscripsi ✝ et oc memorati sumus quia de memoratum fundum qui est intus ille curti per omni annuo tibi tuisque heredibus exinde per omni anno dare et persolbere debeamus nos et heredibus nostris idest triticum modium unum et medium et memoratum parium de memorati pulli: et de ipsum alium fundum et de memoratis aliis terris vobis dare debeamus memoratum terraticum ut super legitur insimul vonum et mensuratum at memoratum modium qualiter superius legitur et quale tempore ipse terre supra vos lavorare volueritis clara facta beritatem licentiam habeatis nobis illas tollere et si aliter fecerimus in memorata pena subiaceamus ✝

✝ Ego leo curialis testi subscripsi ✝

✝ ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi ✝

✝ Ego iohannes curialis testi subscripsi ✝

CCLXXVII.

An. 1007. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quadragesimo septimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo quarto die primma mensis magii indictione quinta neapoli: Certum est me petrum filium quondam leoni qui nominatur betrano cum voluntate maria coniugi mea commanentes autem in loco qui nominatur pumilianum quod est foris arcora dudum aqueductus A presenti die promptissima volumtate venumdedi et tradidi vobis stephano filio quondam ursi qui nominatur saracino et maria hoc est iugales de memorato loco pumilianum idest integra una petia de terra mea qui nominatur at illu biniale posita in memorato loco una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus quod sunt per passi modia dua et medium at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: et coheret sibi ab uno latere terra guiselgari de memorato loco et de alio latere terra monasterio sanctorum theodori et sebastiani et de uno capite terra ursi thii mei et de alio capite terra gueri de memorato loco: unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiuxque personas quod absit comisi aut iam comicto potestatem set a presenti die et deinceps prenominata memorata integra petia de memorata terra una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus quod sunt passi modia dua et medium at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie sicuti vobis illos per memorates coherenties insinuabi sicut superius legitur a me vobis sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestate que exinde facere volueritis av odierna die semper liberam habeatis potestatem et neque a me memorato petro cum volumtate memorata coniugi mea neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memoratis iugales aut vestris heredibus quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitiones aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus insuper et av omnis homines homnique personis homni tempore ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a vobis exinde in in

presentis in omnem decisionem seu deliberationem idest auri tari sidecim sicut inter nobis combenit Si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus de is homnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus auri solidos biginti bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus leoni curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memoratis iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari

† Ego iohannes Curialis testi subscripsi et memoratos tari confessus percepisse †

† Ego stephanus scriniarius: testi subscripsi: et memorati tari confessus percepisse †

† Ego gregorius filius domini petri testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

CCLXXVIII.

An. 1008. † In nomine domini dei salva toris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quadragesimo hoctabo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo quinto: die quarta mensis ianuarii indictione sexta neapoli: Certum est nos iohannem qui nominatur de maroccia filio quondam grimoaldi qui fuit de capua: et ego abitabit in loco puli: et modo abitare videor intus cabstro cummano: una cum consensum et volumtate quidem fasana coniugi mea: A presenti die promptissima volumtate venumdedimus et tradidimus vobis alvirico qui nominatur de domino sergio de domino megalum: et maroccia hoc est iugales: hoc est socera mèa: idest integra portione et pertinentia mea qui mihi obbenit et pertinet da te memorata maroccia socera mea et da quondam iohanne qui nominatur ildiperti socero meo anteriori viro tuo quod est de quarta parte: parte una de integra una petia de terra que nominatur cera palumba posita in eodem loco puli: una cum arvoribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: qui re insimul iungitur et indivisum reiacent cum reliques alies et similis tres partes exinde qui sunt tue memorata maroccia socera mea et de quidem stephano et vona germanis cognatis meis filiis tuis que: abes de memorato iohanne qui nominatur ildiperti socero meo anteriori viro tuo insimul pertinente nobis per chartula comparationis scripta langobardisca: que ego exinde atpreensit cum memorato stephano filio tuo memorata maroccia socera mea cognato meo da malo filio quondam lupi abitante de capua civitatis una cum licerem et absolutione domini laidolfi principi: que vero ipsa chartula: apud vos abetis cum omnia que continet: coherente sivi insimul a memorata integra petia de memorata terra: que nominatur cera palumba de uno latere terra gemmusi de memorato loco puli: et de alio latere terra sillicti vel mari de ipso loco: de uno capite via publica: et de alio capite terra heredes memorati domini sergii de domino megalum que modo detinet ecclesia sancti archangeli iuris heredes memorati domini sergii: de qua nichil michi exinde aliquod remansit aud reservavit nec in alienas cuiusque: personas quod absit commit aut iam committo potestatem: set a presenti die et deinques pre-

nominata memorata integra portione et pertinentia mea qui michi obbenit et pertinet da te memorata maroccia socera mea et da quondam memorato iohanne qui nominatur ildiperti socero meo anteriori viri tui quód est de quarta parte : parte una de integra memorata petia de memorata terra que nominatur cera palumba posita in eodem loco puli una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: qui re insimul iungitur et indivisum reiacent cum reliques alies et similis tres partes ex ipsa petia de memorata terra qui sunt tue memorata maroccia socera mea et de memorato stephano et iamdicta bona germanis cognatis meis filiis tuis que abes de memorato iohanne qui nominatur ildiperti anteriori viri tui soceri mei sicuti et quomodo superius legitur a me vobis sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis: liberam semper abeatis potestatem: et neque a me memorato iohanne una cum consensu et voluntate memorata fasana posterieri coniugi mea neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato alvirico et memorata maroccia socera mea: hoc est iugales aud heredibus vestris quod absit abeatis exinde de memorata portione et pertinentia mea quod est de quarta parte: parte una sicuti et quomodo superius legitur aliquando quacumque: requesitione aud molestia ha nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus exinde ab omnis ommines omnique personis in omnibus antestare et defensare debeamus: hostendente vos et heredibus vestris michi meisque heredibus memorata chartula comparationis scripta langobardisca continente momorata terra que: apud vos abetis qualiter superius legitur ubicumque mihi meisque heredibus necessa fueris et sic ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus illud antestare et defensare debeamus: propter quod exinde accepimus a vobis in presentis idest auri tari octo: sicut inter nobis comvenit: Si autem ego aud heredibus meis aliter fecerimus de ihis omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aud summissis personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythiantheos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum sergii curialis per memorata sexta indictione:

oc sign um † manus memorato iohanni cum consensu et voluntate me-

morata fasana coniugi sua quod ego pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego theodorus filius domini cesarii rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego petrus filius domini gregorii rogatus a suprascripto iugale testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis rogatus a memoratos iugales testi subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi per memorata sexta indictione †

CCLXXIX.

† Anno incarnationis dominice millesimo octavo. Mense Iunio Undecima Indictione. Ego sansguala dominus planisi qui sum ex genere normanorum. Quadam die dum residerem intus in predicto castello meo planisi et cogitare cepissem diem mortis et eternum iudicium. et qualiter impii et peccatores cruciabuntur in inferno et quomodo iusti fulgebunt in regno celorum. et consilio accepto a viris religiosis quod nullus melius esset ad acquirendam vitam eternam quam si aliquis pro remedio anime sue de rebus suis sancte ecclesie dederit. quod vero consilium ego bidens congruum et anime mee salutiferum. declaro me habere quandam terram que est vicina ecclesie beati petri pro remedio anime mee et omnium parentum meorum congruum est mihi ipsa terra offerre. in benerabili monasterio sancti petri apostoli. quod fundatum est prope de iam dicto castello planisii. totam et integram ipsam terram offero. dono. concedo. trado. et assigno in predicto monasterio sancti petri in manibus domini alberti benerabilis abbatis. in presentia boni hominis iudicis. et ioffridi et guillielmi et aliorum subscriptorum testium. per hanc quoque bidelicet cartulam iusta legem tradi et assignavi. Que quidem terra circumdata est per hos fines primus finis. incipiente ab ipsa bia que nominatur trifolium. et badit per calcarole. et descendit in bado de maula et sicut descendit per ipsum ballone et badit in cinlo. et saliente per ipso cinlo usque in sarata maiorem. et beniente per ipsa sarata usque ad quercum de posatorium. et per eandem saratam benit in bia. et rebolbente per ipsa bia benit in berragine qua hiberni tempore aqua decurrit. et saliente per ipso berragine usque ad nucem sancti petri. et deinde benit in ballone de cassellis. et descendente per ipso ballone in bia que badit ad ecclesiam sancti benedicti et benit per ipsa bia in priora fine. Predictam vero terram sicut prelegitur totam et integram cum legitima transita et exita sua. cum biis et anditis suis. cum silvis et lignis. cum petris et aquis. cum herbis et pascuis. cum cultum et incultum. et cum omnia infra se habente liberam et absolutam et sine retentu aliquo in predicto monasterio assignavi. ad habendum et possidendum in perpetuum. et ad faciendum de ea quicquid facere boluerint rectores predicti monasterii

An. 1008.

sancti petri sine contrarietate mea et heredum meorum. quia predicta mea offertione michi nec meis heredibus nullam portionem retinui. Ego vero predictus sansguala agnoscens omnia ista esse salutifera anime mee. et desiderans istam meam offertionem firmam et stavilem facere et perpetuo permanere. obligo me et meos heredes predicto monasterio eam defendere et antistare contra omnes homines qui ea tollere boluerint. quod si noluerimus aut si ego vel meis heredibus per qualecumque ingenium hoc remobere quesierimus aut si de ea aliquid minuere presumpserimus. Centum solidos aureos predicto monasterio et rectori ejus componamus. postmodum vero offertio nostra firma et stavile permaneat in perpetuum. Ego qui supra sansguala rogavi abbatem albertum predicti monasterii et omnes fratres. ut si ego vel meis heredibus contra hec benire temptaverimmus seu qualibet persona. deberent excommunicare. Ego albertus indignus abbas cum omnibus fratribus dicti monasterii excommunicamus et anathematizamus ex parte dei patris omnipotentis et beati petri apostoli et sanctorum patrum. omnes illos. qui predictam terram a potestate et donatione predicti nostri monasterii subtrahere vel de eius finibus aliquid diminuere. vel contrarietatem facere boluerit. et portio eius sit cum iuda traditore et sit sub anathema maranatha. donec resipuerint ac deo et sancte ecclesie satis fecerit eique iniuste ablata sua sponte reddiderit. Et hanc chartulam offertionis scripsi ego iohannes notarius civitatis draconarie a predicto sansguala rogatus. in castello planisii feliciter.

† Ego qui supra bonus homo iudex
† Ego qui supra ioffridus
† Ego qui supra guillielmus
† Ego iohannes

CCLXXX.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi dei eterni. bicesimo nono anno principatus domini paldolfi gloriosi principis benebenti et sebtimo anno principatus prefati domini paldolfi excellentissimi principis Kapue. et tertio anno principatus domini paldolfi gloriosi principis mense magio hoctaba indictione. Ideoque ego alfanus capuanus langobardus filius cuiusdam nantari capuani langobardi qui sum commorans intro anc capuana cibitate. Declaro me abere decem petias de terris in finibus liburie in ipsu qualdu patriensis in loco qui bocatur *pauranum* et in loco qui dicitur casale ioanni pertinentes michi per ch:.....ipsis per meis rationibus quem hoportet est mihi ipsos benunmdare ligori neapolitani filii quondam stefani qui nuncupatur inferno qui est comorans intus cibitate neapoli. Et Ideo ego, qui supra alfano capuano langobardo. sicut michi abtuum et congruum est Per anc cartula benum*dare*.......ligori neapolitani Idest integre predicte decem petie de terris meis quem sum bidetur in ipsu gualdu patriensis in predicto loco pauranum in casale iohanni Quarum prima ex ipse petie de terris esse bidetur post ipsa fondora de predicto loca poranum finis. habet eadem petia de terra ab uno latere et uno capite fine terra de illi ranco. De alio latere fine terra marende capuane: Aliu capite tenet in bia pubblica. Secunda petia ibique in ipsu campu finis habet ab uno latere et uno capite fine terra de ipsi brancaczi: De alio latere fine terra pandenolfi langobardi filii pandenolfi: De alio capite tenet in bia pubblica. Tertia petia in campu qui nominatur casamauri que habet finis....petia de terra. De uno latere tenet in terra, suprascripti pandenolfi De alio latere tenet in terra de illi brancaczi. Unu capite fine terra stefani ursimundi de lucupuli. Aliu capite tenet in bia pubblica. Quarta petia in campu qui nominatur casamauri finis habet hab uno latere fine terra supradicti pandenolfi longobardi. Aliu latere et unu capite bia pubblica. Aliu capite fine terra iam dicti stefani ursimundi. Quinta petia que est clusuricella et nominatur fossa biba finis habet hab uno latere et uno capite fine pantanum: Aliu capite fine terra maurilupi de lucupuli. Alio latere terra commune mea et de neapolitani et iamdicti pandenolfi langobardi: quem ipsa sorte mea tibi exinde benum-

An. 1010.

dedi et ipsa terra commune finis habet hab uno latere fine terra de filii landolfi fusci langobardi unu capite fine terra suprascripti maurilupi. Aliu capite tenet in terra ipsius stefani ursimundi. Sexta petia de terra que dicitur in casale ianni finis habet hab unu latere fine terra suprascripti pandenolfi. Aliu latere fine terra de neapolitani. Unu capite fine bia pubblica. Aliu capite fine pantanum. Septima petia ibique in casale iohanni que est coniunta cum terra que tultum per cambium habet da dicto stefano ursimundi. finis habet hab uno latere fine terra de ipsi neapolitani. Unu capite fine terra de illi caritusi Aliu capite fine suprascripta bia sicuti sepis exfinat. Et ipsa terra que cambiatum habuerat cum suprascriptum stefanum habet finis. Alio latere terra landolfi filio landolfi langobardi da unu capite fine terra de iamdicti caritusi. Aliu capite fine suprascripta bia. Hoctaba petia de terra que dicitur domezze habet finis hab uno latere fine terra dicti landolfi langobardi. Aliu latere tenet in terra de filio landolfi fusci capuani. Unu capite tenet in terra ursi zallidei de lucupuli. Aliu capite tenet in terra iamdicte marende capuane. Nona petia de terra que bocatur similiter domnezze finis habet hab uno latere fine terra de ipsum maurum de lucupuli. Aliu latere tenet in terra supradicti stefani ursimundi. Unu capite tenet in terra de illi morfissi. Aliu capite tenet in terra iamdicte marende capuane. Decima petia de terra nominatur mandra haceprandi habet finis hab uno latere tenet in terra suprascripte marende capuane et suprascripti landenolfi capuani langobardi. Unu capite tenet in terra de filii aligerni de appium Aliu capite tenet in terra de filii sergii morfissa Ideo iamdicte decem petie de terris qualiter superius de fine in fine indicate et mensurate sunt. una cum arbores et cum omnia ibi intro habentibus subter vel super et cum biis suis ibidem intrandi et exiendi Cuncte et integre iamdicte per finis indicate decem petie de terris ego qui supra alfano capuano langobardo tibi iam nominati ligori neapolitani ipsos benumdedi. Ad possessionem tuam et de tuis heredibus habendi et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerit de infrascripte finis et indicationibus de iamdicte decem petie de terris que tibi superius benumdedi nec mihi qui super benditori nec alicuilibet exinde nullam reserbabi. Set cuncte et integre iamdicte per fines indicate decem petie de terris tibi qui supra ligori neapolitani ipsis benumdedi per ipsa ratione que superius legitur. Et per supradicta mea benditione manifesto sum ego qui supra

alfano benditor quia receptum et completum habeo pretium haput me ha te qui supra ligori neapolitani emtorem meum. Idest solidos triginta hana quadtuor tares per solidos et tari dui. sicut inter nobis combenit finitum bero pretium. ea etenim ratione quatenus amodo et semper tu qui supra ligori neapolitano et tuos heredes firmiter habeatis et possideatis integra supradicta mea benditione et faciatis exinde omnia que vobis placuerit. Et obligo ego qui supra alfano benditor me et heredes meos tibi qui supra ligori neapolitani et ad tuis heredibus integra supradicta mea benditione defendere et antestare hamodo et semper hab omnibus hominibus hab omnique partibus. Et quando bolueritis tu qui supra ligori neapolitano et tuos heredes de predicta mea benditione licentiam et potestatem habeatis bice mea vel de meis heredibus inde auctori et defensori fieri cum ista tua emtionis cartula et cum aliis vestris et nostris rationibus quomodo vel qualiter melius potueritis et bolueritis bicibus nostris in omnibus quomodo nos exinde facere debuimus vel potuerimus. Et quando bolueritis me vel meos heredes exinde habere auctores et defensores quatenus defendamus tibi et ad tuis heredibus ipsos hab omnibus hominibus hab omnique partibus per ipsa ratione que superius legitur eo quod in tali ratione tibi ipsos benumdedi. Si autem ipsos vobis defendi non potuerimus ut diximus superius ego et heredes meis tibi tuisque heredibus de colludio legibus iurare obligamus et componamus vobis iamdictum pretium duplo et duplo et duplo per adpretiatum quod supradicta nostra benditione haput vos in edificio aut in quabis parte remeliorata paruerit. Nam si autem ego qui supra alfano vel meos heredes anc benditionis cartulam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium disrumpere aut remobere quesierimus et non tibi et ad tuis heredibus ipsos defensaberimus in omni ratione et ordine sicut superius legitur et si non vobis compleberimus ea omnia per ipsum ordine sicut superius diximus tunc et supradicta dupla vobis componamus et iamdicta benditio integra potestatis vestre admittamus ad semper habendam quia taliter ego qui supra alfano capuano langobardo qualiter michi congruum fui feci et te gaidolfus notarius et scribere rogabi. Capua

† Ego iohannes iudex

† Ego iaquinto

† Ego petrus

CCLXXXI.

An. 1011. † In dei nomine ab incarnatione domini nostris Ihesum Christi sunt anni millesimo undecimo per indictione decima. Ideoque ego iohannes presbyter filius quondam iohanni bona et spontanea mea bolumtatem per hac cartula bendedit et per presemte tradidit tibi gisoni filius quoddam mainardi tuisque redibus possidemdum. Ideest medietatem de una ecclesia mea que edificata est in onore beati sancti iohanni baptiste et sancti iohanni evangelista. qualiter mihi ad meum conquisitum ocbenit da albo filius quondam mauri et est ipsa ecclesia in comitatum termolense in casale qui dicitur montenero isa superesscriptam ecclesia cum cellis et dotis et ornamentis eius qualiter mihi pertinet et ipsa superesscripta ecclesia cum cellis et dotis et ornamentis quomodo superius legitur et ipsa superesscriptam ecclesia cum omnia super se abemtes in imtegrum sic bendedit et tradidi tibi gisoni et ad tuis eredibus ad abendum et semper possidendum sine omnem calumniam et pretium recepit ego superesscripto iohanni presbiter da te suprascripto giso de tua mobilia baliente viginti solidos finitum pretium. ut ammodo et semper abeatis et teneatis et possideatis et faciatis de ipsa superscripta ecclesia quiquit bolueritis sine mea contradictione mea et de meis eredem contradictione et sine cuiuscumque requisictione. repromicto et obligo me ipso iohannes presbiter et meos eredem contra te superscripto giso vel contra tuis eredibus sic omni tempore stare et defemdere debeamus bobis ab onnis omines si stare et defemdere non potuerimus aut non boluerimus aut contra ac cartula aliqua causatione mictere quesierimus autem de bestram proprietatem subtraere boluerimus triginta solidos constantinianos ex auro componere obligabimus tibi vel ad tuis eredibus de colludio autem si ad bos pulsati fuerimus a dei evangelia legibus nos bobis satisfaciamus manente cartula in sua firmitatem que cartula bindictionis rogatus a suprascripto iohanni presbyter scripsit ego adelbertus notarius die istius mese ianuarius hactum in comitatum termolense feliciter

† sinnum manus iohanni presbiter qui in cartula a me factum fiere rogabit et sinnum istum fecit.

† sinnum manus beczoni qui in cartula teste sum rogatus a suprascripto.

† sinnum manus adelberti qui in hac cartula teste sum rogatus a suprascripto.

† sinnum manus aczoni teste sum rogatus a suprascripto.

CCLXXXII.

An. 1011.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo primo. sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo hoctabo die vicesima tertia mensis februarii indictione nona neapoli: Certum est me marinum filium quondam iohannis syrrentini qui fuid abitator de syrrento. et ego modo abitare videor in loco qui nominatur pumilianum foris arcora dudum aqueductus: A presenti die quatenus vos videlicet domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiario cuius nos hominibus esse videmur. michi chartulam fecistis una cum cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. ex integra una petia vestra de terra que nominatur ad sinianum posita in memorato loco. una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus. pertinente memorati vestri monasterii ud in omnibus continet chartula quas vos michi fecistis que ego apud me habeo. et coheret sivi ab uno latere terra heredes domini iohannis qui nominatur auri mundo. et de alio latere terra heredes domini sergii de domina bricta. et in aliquantum terra leoni qui nominatur oclu rosulu. et de uno capite via publicium. et de alio capite coheret terra iohanni et petri qui nominatur de iennari de memorato loco ad memorata terra vestra in mea meisque heredibus esset potestatem illa laborandi et per omni annue semminandi et cultandi. et de ipsas frugias faciendi omnia que voluerimus unde nullam partem nobis nostrisque heredibus exinde non queratis per nullum modum. tantummodo ego et propriis meis heredibus hominibus memorati vestri monasterii. vobis posterisque: vestris et at memorato sancto vestro monasterio per omni annue exinde hocto dies ante festivitatem memorati sancti sebastiani dare debeamus in auro tare unum bonum. sine omni ammaricatione nichil plus. et non habeatis licentiam vos aud posteris vestris nec memorato vestro monasterio mihi meisque propriis heredibus aliquando tempore illos tollere per nullum modum. et nec ego nec meis propriis heredibus nullatenus presummimus aud abeamus licentiam aliquando tempore illos alicui vendere nec ce-

dere aud infiduciare, neque aliquommodo illos scriare aud alienare per nullum modum. set per anc chartulam stetit nobis et firmamus ud si de me vel de meis propriis heredibus hominibus memorati vestri monasterii non remanserid aud fuerid proprium heredem qui illud hereditent. a tunc integra memorata terra vestra qualiter illa per memoratas coherentias exegregavimus ud super legitur una cum arboribus et introitum sua omnibusque eis pertinentibus. et cum omni sua remeliorationem in integro et absque omnia minuitatem rebertant et siat de memorato sancto et venerabili vestro monasterio cuius iure exsse videtur faciendi exinde omnia que volueritis et a tunc vos et posteris vestris nomini meo et de quidem maria coniux mea scrivere faciatis in sacros dipticos memorati vestri monasterii. Insuper et per anc chartulam promicto vobis ud si ego aud meis propriis heredibus aliquando tempore aliquod de ipsa terra scriaberimus aud dederimus sibe tota memorata terra vel ex parte per quobis modum. a tunc licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris illa atpreendere ud propria causa vestra et a tunc in vestra vestrisque: posteris memoratoque vestro monasterio sint potestatem faciendi que volueritis. set dum ego et meis propriis heredibus ac nepotibus propriis hominibus memorati vestri monasterii illa detinuerimus ud super legitur per omni annue vobis dare et dirigere debeamus memoratum tare unum in auro bonum de quale moneta bona tunc andaberis per ista civitatem. hocto dies ante memorata festivitatem. et si prebaricaberimus memorata festivitatem. et antea non dederimus vobis memoratum tare. tunc licentiam et potestatem abeatis vos et memorato vestro monasterio illuc dirigere. et nos pignorare ubi volueritis. Insuper et licentiam et potestatem abeatis scaballicare in casas nostras et nos vobis vel ad eis que illuc dirixeritis et at caballos vestros vel suorum manducare et vibere dare debeamus sicud iustum fuerid quia ita sic nobis stetit: Si autem ego aud meis heredibus quobis tempore contra anc chartulam ud super legitur benire presumserimus et minime adimpleberimus omnibus memoratis per quobis modum aud summissam personam tunc compono ego et meis propriis heredibus vobis posterisque vestris memoratoque vestro monasterio cuius hominibus sumus auri solidos triginta bythiantheos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus mastali ductoris primarii scrivere rogatus per memorata nona indictione †

hoc signum † manus memorati marini qui omnia memorata consenties quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† Ego sergius Curialis testis subscripsi †

† Ego iohannis Curialis: testis subscripsi †

† Ego sergius Curialis testis subscsipsi †

† Ego mastalus ductoris primarii Complevi et apsolvi per memorata nona indictione †

CCLXXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo primmo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo hoctabo die hoctaba mensis augusti indictione nona neapoli: Horta est itaque intentio inter nos stephanum primicerium turme plevis ecclesie sancte dei genitricis marie que nominatur de domino atriano et cuntas stauritas ipsius ecclesie: et vos bidelicet pitru et sergio uterinis germanis filiis quondam aligerni negotiatoris: qui nominatur surdo tu memorata pitru coniux presenti iohanni biri tui de intentione que inter nos abuimus unde vos quesibi dicendo pars nostra quia ille fundo nostro iuris memorata stauritas de loco qui nominatur maranum biam: abuimus per quadragintam annos per fundum vestrum de memorato loco qui ibi est coniuntum hoc est a parte meridiana: et pars autem vestra replecans dicens absit ut sit ita nec illos deus faciat set dicebatis ut amba capita de memoratum fundum nostrum ex ipsa stauritas in bia publica teneremus et inde introiebamus in memoratum fundum nostrum: Unde multa altercatione exinde inter nos abuimus nunc autem processimus ambas partes ibique supra et iudicatum est exinde inter nobis ut si potueris pars nostra vobis hostensione facere quommodo nos et antecessoribus nostris per memoratum fundum vestrum biam abuimus at memoratum fundum nostrum ex ipsa stauritas per quadragintam annos iuxiurandum cum ipsi testibus vos poneretis nobis exinde securitate Sin autem iurare pars vestra nobis et dicere per sacramentum quia nec nos nec antecessoribus nostris per quadragintam annos biam non aberemus per memoratum fundum vestrum at memoratum fundum nostrum iuris memorata stauritas nos poneremus vobis exinde anc quod est factum est et quia non baluit pars nostra taliter vobis illos hostendere modo vero recepimus a parte vestra memoratum sacramentum dicente nobis ut superius atseruistis et definibimus exinde vobiscum et cum heredes vestris in omnibus et amodo et semper numquam presummimus nos aut posteris nostris vos aut heredes vestris exinde per memoratum fundum vestrum biam querere abere at memoratum fundum nostrum iuris memorata stauritas per nullum modum nec per nulla atimbentam ratione

An. 1011.

a nunc et in perpetuis temporibus etiam etsi quabis personas vos aut heredes vestris exinde at querendum beneris per nos aut per posteris nostris tunc nos et posteris nostris vobis vestrisque heredibus personas illa exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra et de vestris heredibus qualibet damnietate nullam vobis vestrisque heredibus exinde mictentes hoccansione quia ita nobis iudicatum est Si autem nos aut posteris nostris quobis tempore contra anc chartula securitatis ut super legitur benire presumserimus et in aliquit hoffensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et ec chartula: ut super legitur sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata nona indictione †

hoc signum † manus memorato stephano primicerio et cuntas stauritas quod ego qui memorates pro eis subscripsi †

† Ego stephanus filius domini sparani: rogatus a memoratas personas testis subscripsi †

† Ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego iohannes curialis rogatus a memoratas personas testi subscripsi †

CCLXXXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo secundo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo nono: die vicesima mensis hoctobrii indictione decima neapoli: Certum est nos gregorium filium quondam iohannis de racimprando. et maria quondam iohannis germatella hoc est thio et nepote. seu iohannes filio idem iohannis trippula et idem iohannes filio quondam fusci. et abitatores in loco qui nominatur ad illa domum pertinentia de padule: A presenti die promictimus vobis domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur kasa picta situm in biridiario. et at cuncta congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum kampum nostrum qui nominatur moscarellum. positum in loco qui nominatur pumilianum que est foris arcora dudum aqueductus. una cum arboribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. pertinente memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. et coheret sivi ab uno latere terra de illi teuderici de memorato loco sicuti termines exfinat. et de alio latere terras de illi moccia que abet per commutatione da heredibus ursi betrano sicuti termines exfinat. et de uno capite campo de illi ypati. et ab alio capite terras de ipso moccia et de ipsi teuderici sicuti termines exfinat. quas vero memoratum kampum memorati vestri monasterii sicud superius legitur nobis nostrisque propriis heredibus illud dedistis in parte at laborandum in eo tenore ud nos et propriis nostris heredibus illud per omni annue bene et diligenter laborare et excolere. et ad meliorem cultum perducere debeamus ad omni nostro expendio. et per omni annue illum seminare et cultare debeamus de quod iustum fuerit ad omni nostro expendio. Iterum et per omni annue ibidem caucumminas et bites ponere et plantare debeamus per tempore quando meruerid et sicud iustum fuerid. et curam et sollicitudinem exinde abere debeamus sicud meruerid ad omni nostro expendio. potare vero et albaciare. et sepis eius emarginare nos et nostris propriis heredibus illud facere debeamus

An. 1011.

omni tempore ud meruerid ad omni nostro expendio: et omnia quod ibi de subtus fecerimus per omni annue super nos illos tollere et abere debeamus. unde nullam partem nobis non queratis per nullum modum. tantummodo nos et nostris propriis heredibus vobis posterisque: vestris memoratoque vestro monasterio per omni annuo usque in sancte marie de augusto mense exinde terraticum dare debeamus: de quantum ipse kampo fuerid per passos de illud que ibi seminaberimus. siccum bonum tractum paratum usque intus memorato vestro monasterio mensuratum iustum absque omni ammaricationem. et nos et nostris propriis heredibus illud per omni annue bendemiare debeamus at nostro expendio. et quantum binum ibi per omni annuo fecerimus at palmentum vestrum de memorato loco pumilianum illud dividere debeamus mundum et saccapanna per medietatem. vos et posteris vestris medietatem. et nos et nostris propriis heredibus alia medietatem. et ipsa medietate vestra nos vobis illud ponere debeamus in organeos vestros in loco pumilianum qualis vobis placuerid. et memorata medietate nostra nos nos nobis illud recipere et portare debeamus hubi nobis placuerid at nostro expendio: et dum vobiscum illud vendemiaberimus per omni annue duas personis memorati vestri monasterii et caballum eius nutrire debeamus at nostro expendio sicud iustum fuerid. iterum et dum nos et nostris propriis heredibus illud at laborandum detinuimus et vos aud vestris posteris in eodem loco pumilianum beneretis vel si de ipse terre vestre kausa abueritis nos at vos illuc benire debeamus cum quo abere potuerimus ad aliis portionarii vestri de memorato loco pumilianum absque omni data hoccansione: insuper et per omni annue duas vices per annu vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio licentiam et potestatem abeatis scaballicare in curtes nostras et nos et nostris heredibus nobis usque at quattuor personas per vices et at kaballos vestros que tunc ibi abueritis manducare et vibere dare debeamus sicud iustum fuerid nullam exinde dantes aud mictentes occansione nos aud nostris heredibus vobis neque at vestris posteris. et nunquam presummetis vos aud posteris vestris memoratoque vestro monasterio nobis nostrisque heredibus illos tollere et at quabis personis at laborandum dare per nullum modum bene nos et nostris propriis heredibus illud laborantes et cultantes et omnia memorata per omni annue adimplentes ud super legitur. et quale tempore nos vel nostris propriis he-

redibus vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio illud abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus si fuerid tunc bonum arbustatum et bitatum: et dum nos et nostris propriis heredibus illud at laborandum detinuerimus si quis ex nos omnes aud de nostris propriis heredibus ipsos soccias suas de memoratum campum bene non laboraberis et cultaberis per ordine et tenoris ud super legitur licentiam et potestatem abeatis illud ad eis tollere et cuique illud dare volueritis licentiam abeatis quia ità sic nobis stetit si autem aliter fecerimus ex is omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personam tunc componimus nos et nostris propriis heredibus vobis posterisque: vestris memoratoque vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et ec chartula ud super legitur sit firma scripta per manus mastali ductoris primarii per memorata decima indictione †

et hoc memorandum firmum stetis nobis quatenus licentiam et potestatem abeamus nos et nostris propriis heredibus da die presentis una nobiscum ponere et abere at laborandum in memoratum campum vestrum quidem petro russo filio quondam maraldi da illa domu de memorata massa padulana ud ipse et suis propriis heredibus una nobiscum et cum nostris propriis heredibus in omnibus memoratis exere et permanere debeas per omni ordine et tenoris sicud per unusquisque ex nobis et de nostris propriis heredibus tamqua si nos cum illum iusta chartula fecissemus et si aliter fecerimus maneamus in memorata pena †

hoc signum † manus memorati gregorii de ragimprandum signum † manus memorati memorati marini et memorati iohannis trippula signum † manus memorati iohannis de fusci signum † manus memorati petri russo ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini sergii testi subscripsi †

† ego sergius filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego mastalus ductoris primarius Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

CCLXXXV.

An. 1012. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magne imperatore anno quinquagesimo secundo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno quadragesimo nono: die vicesima sexta mensis ianuarii indictione decima neapoli: Visus itaque fuid ego petrum qui nominatur da saccum filium quondam stephani abitator in memorato loco saccum quod est foris flubeum: vendere tibi denique drosu thia mea filia quondam petri ecce a preteritum unum annum *recepi a te* auri tari viginti tres: Idest integra una tertia mea ex integrum unum cuniolum qui nominatur billa noba. de illu grummusu. positum vero in loco qui vocatur super sanctum andream at sextum: qui aduc in comunem et indivisum reiacet ipsa tertia mea...... cum reliqua tertia tua memorate drosu thie mee exinde. et cum alia una tertia exinde iterum de heredes quondam gregorii thii mei. dudum germani tui......... tertia mea. una cum ipsa tertia tua. et cum ipsa tertia de memorati heredes iam dicti gregorii thii mei. dudum germani tui. iterum aduc in comunem et indivisum reiacet cum reliquas tres partes heredes quondam domini petri curialis: et heredes quondam domini pictuli: et heredes quondam drosum filia petri monachi relicta quondam anastasii : una cum arboribus et introitum suum *omnibusque sibi generaliter pertinentibus*: unde ego memorato petro recepi a te exinde idest memorati auri tari bigintitres: etiam et tibi media sortem dedit quidam domino sergio seniori meo filio quondam domini gregorii.......: de domino andree et gregorio filio quondam domini sparani. quatenus tibi illud vendere in memorati tari biginti tres: modo vero venisti tu memorata drosu thia mea unde cum memoratis mediatores et questis me quatenus tibi exinde facere ipsa chartula sicuti tibi dedi ipsi mediatores. et distrinxistis me cum memoratis mediatores quas ego tibi dedi ipso preterito unum annum et medium quando michi ipsis mediatores dedisti memorati tari biginti tres IDcirco hA presenti die promptissima voluntate per anc chartulam confirmo atque: in presenti contradit tibi memorata drosu thia mea una cum bolumtate presenti matrona coniugi mee. Idest prenominata integra tertia mea ex ipsum integrum cuniolum qui

vocatur billanoba de illu grummusu posita in memorato loco qui vocatur super sanctum andrea at sextum qui adhuc in comunem et indivisum reiacet ipsa tertia mea exinde cum memorata tertia tua memorata drosu thio mee una cum memorata tertia exinde memorati heredes iamdicti gregorii thii mei dudum germani tui et memorata tertia mea una cum memorata tertia tua exinde seu et cum memorata tertia de memorati heredes iamdicti gregorii thii mei dudum germani tui. iterum aduc in comunem et indivisas reiacet cum reliquas tres partes heredum quondam memorati domini petri curialis. et memorati heredes quondam domini memorati pictuli et memorate drosu filia quondam memorati petri monachi relicta quondam memorati andree: una cum arboribus et predictum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus coherente sivi insimul de uno latere risina. de alio latere est ribus et risinam: de uno capite terra heredes quondam iohanni quondam de .... qui fuid filio cosmati: at bero alio capite via pubblici: De qua nichil michi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque persona quod absit comisi aud iam commictimus potestate: set a presenti die et deinceps a me tibi sint venumdatum seu confirmatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis semper liberam exinde in omnibus arbitrio abeatis potestate: et neque a me memorato petro cum consensum et volumtate memorate matrone coniugi mee neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorata drosu thia mea haud heredes tuis quod absit abeatis exinde aliquando tempore quacumque requesitionem aud molestiam per nullum modum nec per summissis a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper homni tempore ego et heredes meis exinde ab omnes omines homnique persona ab omnique partibus in omnibus tibi tuisque heredibus antestare et defensare debeamus absque omni tua heredumque tuorum damnietatem nulla exinde mictentes hoccansionem: eo quod superius dixi recepi a te exinde per manu de memoratis mediatores ab ipsum preteritum unum annum et medium memorati tari biginti tres quem ego tunc dedi et retdidit at creditoribus meis in omnem decisionem seu deliverationem: Quia ita inter nobis stetit atque complacuid: Si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra anc chartulam venditionis ud super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus ec omnia memo-

rata et in aliquid offensis fuerimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos quindecim bythianteos: et hec chartula venditionis ud super legitur sid firma scripta per manus ioseph curialis scribere rogatus per memorata decima indictionem. † hoc signum † manum memorati petri qui nominatur da saccum cum consensum et voluntate memorate matrone coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego sergius filius domini gregorii monachi testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΚΕϹΑΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΤ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝ ΠΕΡΚΕΠΙϹϹΕ †

† Ego ioseph Curialis qui superscriptos post subscriptionem testium complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCLXXXVI.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo tertio: sed et constantino magno imperatore frater eius anno quinquagesimo: die sexta mensis decembrii indictione hundecima neapoli: Certum est me gregorium presbyterum custus vero ecclesie sancti iohannis qui vocatur in curte una cum volumtate domini sergii filium quondam domini iohanni de domino dometii de aborti. seu cum volumtate domina maria honesta femina qui marenda clammatur filia quondam domini gregorii. ipsa vero cum volumtate domini sergii miscini biri sui. hoc est dominiis memorate ecclesie sancti iohannis quem ego venere bisus est et ipsa domina maria pro bice sua et pro bice domini theodosii et domini theodori thiis suis dominiis memorata ecclesia: A presenti die promptissima voluntate promitto vobis iohanni qui super nomen pittulu filium quondam palumbi scriniarii et bona filia quondam mauri pecorarii relicta autem quondam iohannis qui nominatur buccone et stephano et aligerno huterinis germanis filiis domini petri hoc est cognatis et thiis et nepotes abitatoribus vero in loco qui vocatur nonnara quod est foris flubeum situm ad sanctum stephanum qui vocatur ad attone ibi ipsum: propter integrum coniolum nostrum qui vocatur pratale constitutum vero in memorato loco. huna cum introitum suum homnibusque eis pertinentibus pertinentes vero de ipsas portione et pertinentias memorati domini sergii et iamdicta domina maria et de predictis thiis suis de memorata ecclesia: et coheret sibi a memoratu coniolu a partem horientis terra de illi inferni quomodo terminis exfinat: da partem hoccidentis terra de memorata domina maria et de memoratis thiis suis: a septentrionis vero parte ribum quomodo aqua exfinant: da parte namque meridiei terra monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui vocatur casapicta situm in biridiario: seu et terra memorata domina maria et iam dictis thiis suis: quem vero memoratum integrum coniolum nostrum et memorata portionem et pertinentias memorati domini sergii et iamdicta maria et prenominatis thiis

An. 1012.

suis de memorata ecclesia vobis vestrisque heredibus dedimus ad detinendum et pastenandum: In eo enim tenorem quatenus homni annuo abto temporem bos et heredes vestris debeatis eum bene et diligenter laborare et escolere et at meliore cultu perducere debeatis in omnibus et de caucuminas et bites bene illut pastenare debeatis at omni vestro expendio quomodo iustum fueris. et alium homnem laborem quem ibidem inferius et superius necessum fueris et indigueris bos illut peragere deveatis seu et de vestra semente illut seminare debeatis et omnia quecumque ibidem feceritis in quabis seminatum et in binum super bos illut tollere et lebare debeatis hunde nos aut posteris nostris vobis vestrisque heredibus exinde nullam partem aut sortem non queramus per nullum modum preter de quo ibidem hobernoticum seminaberitis bos et heredes vestris mihi meisque posteris exinde dare debeatis modias tres pro illum triticum duas vero modias de germanum et unum de hordeum insimul tractum paratum usque intus porta memorate ecclesie nostre gratis mensuratum ad modium iustum sine omni amaricatione amodo et usquedum ibidem natum fueris ipsum binum mustum mundum hornas decem et quantum ibidem natum fueris ipsum binum mundum hornas decem ut super legitur tunc ipse terraticus moriantur et tunc quantum binum ibidem nobis dominus deus dederis mundum et saccapanna tunc dibidamus illut inter nobis nostrisque posteris seu heredibus per sexuncias. nos et posteris nostris exinde percipiamus medietatem et bos et heredes vestris exinde percipiatis alia medietatem et ipsam medietatem nostra ex ipsum binum mundum bos et heredes vestris nobis nostrisque posteris exinde trahere debeatis ad omni vestro expendio preter ipsas sexuncias nostras de ipsa saccapanna nos nobis illas trahere debeamus qualiter potuerimus set bos nobis illut recondere et serbare debeatis in organea vestra usque in die tertia vel quarta et ipsum arbustum bos vendemiare debeatis et ipsas homnes hubas exinde palmentum memoratum ad casa vestras adducere et calcare debeatis ad omni vestro expendio: tantummodo binum ad bibendum et untum pro condimento de communi exiat. et per bindemias bero dum nobiscum bendemiaberitis bos et heredes vestris nobis nostrisque posteris nutrire debeatis duas personas bene quomodo iustum fueris insuper et quantas glandes aut castanies vel insertes in ipsum coniolum nostrum abueris communiter ambas partes illas bactere et colligere debea-

mus et per sexuncias inter nos eas dibidamus et ipsas sexuncias nostras exinde nobis trahere debeamus. et ubi domino bolentes et bos et heredes vestris ipsum coniolum nostrum totum pastenaberitis de arbores et bites bene quomodo iustum fueris ut dicat tertias et quartas personas de homminibus vonis laboratores quod bene siant pastenatum et stantiatum de arbores et de bites ut iustum fueris tunc bos et heredes vestris ipsum integrum coniolum nostrum cum ipsum arbustus eius dibidere debeatis per medietatem et tunc nos et posteris nostris exinde tollere et eligere debeamus medietatem a quale partem boluerimus. reliquam medietatem bos et heredes vestris exinde tollere et abere debeatis pro ipsa pastenationem et tunc in vestra vestrisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis. insuper homni tempore nos et posteris nostris vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defesare deveamus sine omni vestra damnietatem. verumtamen firmamus inter nobis ut si bos aut heredes vestris quobis temporem ipsam medietatem vestram de memoratum coniolum et de memoratum arbustus eius qui bos exinde tetigeris ut super legitur ad dare abueritis per quobis modum tunc nobis nostrisque posteris illut dare debeatis impretium sicut appretiatum fueris a christianissimis viris si voluerimus sin autem in vestra sint potestatem dandi cui volueritis. nam et si nos aut posteris nostris ipsas sexuncias nostras qui nos ex ipsum coniolum nostrum et de ipsum pastinus eius per quobis modum at dare abuerimus similiter vobis vestrisque heredibus illut dare debeamus in ipsum pretium sicut adpretiatum fueris a christianissimis viris si volueritis. sin autem in nostra sint potestatem dandi cui voluerimus. Quia ita inter nobis complacuit: Si autem nos aut posteris nostris quobis temporem contra hanc chartulam pastenationis ut super legitur benire presumserimus et minime adimpleberimus hec omnia et in aliquo offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula pastenationis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis scribere rogatus per indictione memorata undecima.

hoc signum † manus memorati gregorii presbyteri cum volumtate memorati sergii et maria que marenda clammatur domini memorate ecclesie et ipsa maria cum volumtate gregorii viri sui et pro bice sua et memoratis thiis suis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego petrus filius domini . iohannis monachi testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΠΑΡΑΝΙ ΤΕCΤΙ COΥB †

† Ego theodorus Curialis testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis qui post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

CCLXXXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo tertio sed et constantino frater eius magno imperatore anno quimquagesimo: Die septima decima mensis ianuarii indictione undecima neapoli: Certum est me iohannem ferrarium filium quondam leoni ferrarii qui super nomen sacco. una cum consensum maria coniux mea: A presenti die promptissima voluntate venumdedi et tradidi tivi leone ferrario qui nominatur papaleone proexadelfo germano meo filio quondam gregorii ferrarii: Idest inferiora cellarei *mei* qui est constitutas suptus solareum tuum memorati leoni ferrarii: positi vero *intus* hanc civitatem neapolis intus curte commune: una cum aspectibus *suis et cum* introitum suum ipsa curte comune et per regia propria mea qui est post harcum et grade marmoree proprie tue memorati leoni ferrarii: et omnibus sivi pertinentibus: pertinente mihi per parte parentorum meorum: coherente sivi a parte horientis est anditum qui ingredit at domum heredum quondam iohanni ferrarii qui cognominabatur papaleone proexadelfo germano nostro sicuti inter se parietem comunem exfinat: et a parte hoccidentis cellareum domui tue memorati leoni sicuti similiter parietem exfinat. de autem parte septentrionis curte et grade de ipsius domui memorati heredes quondam iohanni ferrarii proexadelfo germano nostro seu et in aliquantum cellarei tui memorati leoni ferrarii. sicuti similiter partem exfinat et a parte meridie sunt memorate grade marmoreae tue et memorata regia iam propria mea et memorata curte comune per quam exinde introitum abere debeatis: De qua nichil mihi exinde intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisit aut iam commicto potestatem: Ita ud a nunc et deinceps a me tivi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sit potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem: et neque a me memorato iohanne ferrario cum consensu maria coniugi meae neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato leone ferrario proexadelfo germano meo aud heredes tuis quod absit abeatis exinde

An. 1012.

aliquando quacumque requesitionem aud molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper et ab omni homines omnique personis omni tempore ego et heredes meis tivi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus. propter quod accepi a te exinde in presentis Idest auri tari decem et septem in omne decisione seu deliberatione: Quia ita sic nobis complacui: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis tivi tuisque heredibus auri solidos hocto bythianteos et ec chartula venditionis ud super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per memorata undecima indictione: Hoc signum † manus memorati iohannis ferrarii cum consensu memorata maria coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini stefani testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego aligernus filius domini sergii testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego Sergius Curialis testis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCLXXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo tertio. sed et constantino frater eius magno imperatore anno quimquagesimo: Die vicesima tertia mensis magii indictione undecima neapoli: Certum est me donatum filium quondam maraldi una cum consensu theodonanda coniux mea. et abitatoribus in loco qui nominatur maranum: a presenti die promptissima voluntate venumdedi et tradidi tivi leone ferrario qui nominatur papaleone filio quondam gregorii ferrarii: Idest integras sex uncias meas ex integra clusuricella de terra posita in memorato loco maranum ad fossa de centum una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus. qui coheret sivi ad ipsas sex uncias meas que tivi superius venumdedi ab uno latere et de uno capite terra tua memorati leoni ferrarii. et de alio latere est alias sexuncias ex ipsa clusuricella portionis iohannis uterino germano meo. et ad vero alio capite via pubblici qui est iuxta silba qui pergit ad sanctum angelum ad arcicasa. De qua nichil michi exinde aliquod remansit aud reserbavi nec in aliena cuiusque personas. quod absit commisit aud iam commicto potestatem: set a presenti die et deinceps prenominatas integras sex uncias meas ex integra clusuricella posita in memorato loco maranum ad fossa de centum qualiter illud per memoratas coherentias exegregavi una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus qualiter superius legitur a me tivi sit venumdata et tradita in tua tuisque heredibus sit potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem: et neque a me memorato donato cum consensu memorata theodonanda coniugi meae neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato leone ferrario aud heredes tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aud molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper et ab omni homines omnique personis omni tempore ego et heredes meis tivi tuique heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a te exinde in presentis Idest auri tari duodecim in omne decisione seu deliberatione:

An. 1013.

Quia ita sic nobis complacui: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aud summissis personis, tunc componimus nos et heredes nostris tivi tuisque heredibus auri solidos sex bythianteos et hec chartula venditionis ud super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per memorata undecima indictione † Hoc signum † manus memorati donati et memorata theodonanda iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari

† ego gregorius filius domini marini testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego Iohannes Curialis: testis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† Ego stephanus filius domini sparani: testi subscripsi: et memorati tari confessus percepisse †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCLXXXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domimino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo quarto sed et constantino frater eius magno imperatore anno quimquagesimo primo: Die decima mensis decembrii indictione duodecima neapoli: Certum est me iohannem filium quidem domini mastali ductoris primarii et quondam domina maria honesta femina qui marenda clamabatur postmodum vero monacha dudum iugalium personarum: A presenti die promtissima voluntate venumdedi et tradidi tivi domina anna nunc vero monacha filia quondam domini iohanni gaietani relicta autem quondam domini gregorii millusi postmodum vero monachi: IDest integra omnem portionem et pertinentia mea de terras que abeo in loco qui vocatur quarto maiore quamque et integra portionem et pertinetia mea de alias omnes terras que abeo in monte pausilipense. quod inferius nominatibe dicimus. In primis integra portionem mea de terra posita in memorato loco quarto maiore ad sancta maria qui dicitur ad scandola. qui est coniucta de uno latere cum terra portionis maru pappacoda: seu et integras duas terras meas ibi ipsum in quarto ad pede de monte de infe. qui sunt iusta terra heredum domini cesarii appaea et iusta terra heredes domini gregorii falconarii quamque et integra alia terra mea posita in memorato loco monte pausilipense hubi est illa piscina communis: unde tivi ipsa homnem portionem et pertinentia mea de memorata piscina quantum ad oc exinde pertinet venumdedi. una cum scapulas et rioras suas qualiter badunt da fine de terra et scapulas monasterii insule salbatoris. qui sunt ibidem a parte occidentis et ab inde in parte horientis quantum memorata terra mea badit usque ad via qui descendit in foris gripta. Iterum et qualiter da via pubblici qui ibi est a parte meridiana badit et descendit in parte de foris gripta usque ad finem qui est de foris gripta et de eodem monte pausilipense Insimul una cum integra portionem mea de silba communi quantum ad oc exinde pertinet: simulque venumdedi et tradidi tivi. et integra una corrigia mea de terra que nominatur pinum sita in scapula ipsius monte pausilipense qui est da parte horientis coniucta cum terra ursi de

An. 1013.

pergola: qualiter descendit usque ad mare. Insimul una cum arboribus et fructoras suas seu et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus. pertinente michi per donationem per firmissimum dispositum que fecit quondam drosu honesta femina coiux mea. seu et ad memorata quondam coniux mea pertinuit per parentorum suorum. et ea in portione sua tetigit per notitias suas. et per firmissimam chartulam convenientie divisionis mea da quidem anna honesta puella uterina germana sua cognata mea que et ipsas notitias de memorata quondam coniux mea. et memorata firmissima chartula comvenientie divisionis que ego adpreensi da memorata cognata mea. ego apud me abeo pro alium que continunt: De quibus nichil michi ex ys omnibus memoratis portionis mee aliquod remansit aud reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisit aud iam commicto potestatem: Ita ut a nunc et deinceps hec omnibus memoratis qualiter et quomodo superius legitur a me tivi sit venumdatus et traditus in tua tuisque heredibus sit potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem: et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam tu memorata domina anna nunc vero monacha aud tuis heredibus quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem haud molestia per nullum modum nec per summissas personas ha nunc et imperpetuis temporibus: Insuper ab omni homines omnique personas omni tempore ego et heredes meis tivi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a te exinde in presentis Idest auri solidos quadraginta de auri ana quattuor tari per solidum. in omnem decisionem seu deliberationem: Quia ita sic michi complacui: si autem ego aud heredes meis quobis tempore contra hanc cartulam venditionis ud super legitur venire presumpserimus per quobis modum aud summissas personas tunc componimus tivi tuisque heredibus auri solidos octuaginta bythianteos et ec chartula ud super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per memorata duodecima indictione † Hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† Ego sergius scriniarius: rogatus a memorato iohanne testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis: rogatus a memorato iohanne testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptione testium Complevi et absolvi per memorata duodecima indictione.

CCXC.

Christe fave

An. 1014. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo quarto sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo primo : die vicesima mensis iulii indictione duodecima neapoli : Certum est me iohanne fiholario filio quondam cesarii dudum fiholarium : A presenti die promptissima volumtate. Venumdedi et tradidi vobis domino sergio ypato filio quondam domini iohanni. et domina horania honesta femina oc est iugales. IDest integra una petia de terra mea que nominatur ad cisinule quod est per mensura ad passos modias quadtuor ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie constitutas vero in loco qui vocatur troccle quod est foris flubeum territorio plagiense. huna cum arboribus et cum introitum suum homnibusque eis pertinentibus : coherente sivi da parte septentrionis *via* publica et da parte meridiei terra qui tetigit fermosanu filium quondam iohanni qui nominatur de drosu de apolis avitator vero in casalicellum quod est ad equale mensura cum memorata terra mea sicuti inter se per trabersum tres terminis exfinant : a partem vero horientis terra
ab occidentis quoque parte similiter bia publica. tantummodo una vero chartula comparationis mee exinde continentes que mihi fecit de totas ipsa terras absenti leone cognomento cacamolle filio quondam iohanni qui nominatur de mauriscu huna cum consensum et volumtate grisa coniugi sue avitatoribus vero in memorato loco troccle territorio plagiense. et alia una merissis divisionis quem fecit memorato fermosano quomodo divisit ipsa terra inter me et se per sexuncias. de qua me exinde tetigit ipsas sexuncias da memorata parte septemtrionis et eum tetigit exinde reliquas sexuncias qui est a parte meridiei iusta terra heredum domini sergii scriniarii quod est modium unum sicuti inter ipsas sexuncias meas et ipsas sexuncias memorati fermosani per trabersum ipsi terminis exfinant homni temporem hesset debeas ad equale mensura. set ipsas sexuncias meas quas tibi venumdedi hesset debeas per mensuras modias quadtuor ad passos ut super legitur :

ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie seu et alie due cautionis una vero continentem auri tari decem et vinum horneas hocto quem fecit memorato iohanne et maria iugales et iamdicto leone cacamolle genitoribus et filio ad quondam gaietano filio quondam iohanni de altanu et at quondam maria iugales alia vero cautione quod est capsata quem fecerunt memorati iohannes et iamdicta maria iugales una cum memorato leone ad iohanne negotiatore qui nominatur de domino abbate de sanctum seberinum pictulu de auri tari viginti dui et binum hornas viginti sicuti et quomodo ipsa chartula comparationis mee una cum iamdicta merissis divisionis et memorate cautionis in omnibus continere videtur quas ego impresentis apud bos remisi pro vestra heredumque vestrorum defensionem: De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisi aut iam commicto potestatem set a nunc et deinceps a me vobis sit venumdatas et traditas in vestra vestrisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liveram exinde in omnibus aveatis potestatem. et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nullo tempore nmmquam bos memoratis iugales aut heredes vestris quod absit aveatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestiam per nullum modum nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper homni temporem ego et heredes meis ab omnes omines omnique persona vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestarem et difensare debeamus hostendentes bos et heredes vestris mihi meisque heredibus memorata chartula comparationis me cum iamdicta merissi divisionis mee et cum ipsas duas cautionis una vero ex ea capsata et sic vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestarem et defensare deveamus sine omni vestra heredumque vestrorum qualibet damnietatem nullam exinde dantes hoccansionem. pro eo quod impresentis accepi a vobis exinde idest auri solidos quadraginta septem de tari ana quadtuor tari per solidos in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita inter novis stetit et complacuit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur benire presumserimus et in aliquit hoffensis fuerimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos nonaginta sex bythianteos. et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per

manus gregorii curialis scribere rogatus per indictione memorata duodecima † hoc signum † manus memorati iohanni fiolarii quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi † et memoratos solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΤϹ ΦΙΛΙΟΤϹ ΔΝ ϹΠΑΡΑΝΙ ΡΟΓΑΤΟΤϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΤΒ ΕΘ ϹϹΤΟϹ ϹΟΛΙΔΟϹ ΤΡΑΔΙΤΟϹ ΒΙΔΙ †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego gregorius Curialis qui memoratos post subscriptionem testium complevi et absolvi per indictione memorata duodecima †

CCXCI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo quinto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quimquagesimo secundo: die undecima mensis septembris indictione tertiadecima neapoli: Definivimus nos cicino et stephano germanis filiis idem cicini. et donadei filio quondam petri adoptibo filio seum genero memorati cicini qui fuit filio quondam iohanni tinioso et iohanne filio sparani qui fuit.............oso: et donato filio quondam leoni qui fuit filio quondam iohanni hoc est exadelfis seum cognatis. nos memorati cicino et stephano et donadei pro vices nostras et pro vice iohanni et ioaquinthi germanis nostris. et abitatoribus in loco qui nominatur cutinianum territorio cimitirense: iterum et nos homnes parentes et consortes una cum consensum et volumtatem domini cesarii et domina orania seum maria honestis feminis hoc est germanis filio et filias quondam domini marini de appium sive etiam et cum consensum et volumtatem domini iohanni et maru honesta puella uterinis germanis filiis quondam domini iohanni boccatorti: et quondam domina theodonanda honesta femina iugalibus cuius nos ospitibus censiti summus: memorata domina orania honesta femina una cum consensum domini iohanni barboccia viri sui: et memorata domina maria honesta femina una cum consensum domini marini de domino cali viri sui: vobiscum denique domino pancrati venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiario et cuncta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: de altercationem que inter nos abuimus propter finita qui est inter corigia nostra de terra et inter casalem vestrum qui est in montem pertinentem memorati vestri monasterii qui nominatur urbanum qui et at lamma dicitur. qui coheret at memoratum inclitum casalem et montem in uno tenentiam a parte occidentis est ribo maiore qui exfinat inter hoc et terris et montem de homminibus de barelianum et de meiana: et ex alio latere parte orientis est casalem et montem vestrum insimul pertinentem memorati vestri monasterii et nominatur maternum sicuti

An. 1014.

inter se ex partem riatello et labinario exfinat: et da inde qualiter scendit finiendo in partem septemtrionis usque at serra cauditana de uno capitem partem meridiana terris de hominibus de carchanum sicuti inter se egripus exfinat. et de alio capitem qualiter badit et ascendit usque at iamdicta serra cauditana: unde nos quesivit dicendo pars vestras ud nos prebaricassemus ipsa finem et introissemus in memoratum casalem vestrum qui vocatur urbanum: pars autem nostra asserebat ud ita non exset: iterum pars nostra asserebat ud nos aberemus chartula quod at parentibus nostris fecisset homminibus arbitri memorati vestri monasterii partibus militie et partibus langobardorum de memorato loco cutinianum qui declarat quantum nos ibidem abere debemus. et pars nostra dicebamus ud nos ipsa chartulam non aberemus. et dum taliter altercassemus ante iudicem pubblici que ambas partes ibidem portabimus at iudicandum tribuerunt inter nos hoc iudicium ud per partes ibidem chartula ostenderemus. et ostensistis vos nobis una chartula securitatis quem exinde fecerunt memorato quondam iohanne tiniosus. et memorato iohanne et alio iohanne affiliatus mauri parentibus nostris de memorato loco cutinianum at quondam sillicto filio luperisi et merculo filio sicardi et aliis consortes eorum abitatoribu sde memorato loco cutinianum qui fuerunt arbitri fundati memorati vestri monasterii: iterum et nos ostensimus vobis una chartula definitionis combenientie que at ipsis parentibus nostris fecerunt ipsi arbitri fundati memorati vestri monasterii pro vice illorum et pro vice de consortibus eorum quommodo illud inter se diviserunt. et ipsi arbitri fundati memorati vestri monasterii pro vice illorum et pro vice de ipsi consortibus eorum tulissent a parte de memoratum casalem vestrum de maternum qui ibi est a memorata parte orientis. et ipsis parentibus nostris tulissent da partem de memoratum ribum maiore hoc est a memorata parte occidentis. et iudicatum est exinde inter nobis ud nos poneremus vobis chartula promissionis. ita et nos memoratis omnes parentes consortes una cum consensum et volumtatem de memoratis personis cui nos ospitibus censiti summus per anc chartulam repromissionis vobis memorato domino pancrati venerabili ygumeno et at cuncta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii quia numquam presummimus nos vel heredibus nostris nec abeamus licentiam aliquando temporem de memoratum casalem vestrum qui est in

memoratum montem qui nominatur urbanum pertinentem memorati vestri monasterii que vos ibidem abetis a memorata orientalem partem quommodo badit usque at memorata fine de ipsum casalem vestrum qui nominatur de maternum vobis posterisque: vestris vel memorato vestro monasterio querere per nullum modum nec per nullam adinbentam rationem nec per summissam personam a nunc et imperpetuis temporibus. et si quabis personis vos aud posteris vestris vel memorato vestro monasterio exinde quesierit per nos aud per nostris heredibus per quobis modum tunc nos et heredibus nostris vobis poterisque: vestris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni data hoccansionem: set omni temporem abere debeas memorata corrigia nostra que nos ibidem abemus a parte de memoratum ribum maiore qui ibi est a memorata parte occidentis hoc est a fine de memoratis homminibus de barchanum et de meiana passos viginti unum et medium. et de longitudinem hoc est a fine de memoratum egripum qui exfinat inter oc et ipsis terris de memoratis homminibus de charcanum et quommodo badit et ascendit usque at memorata serra cauditana. et inter memoratum casalem et montem vestrum et inter memorata corrigia nostra ex ipsum casalem et montem per memorata mensura memorati passi viginti unum et medium ex trabersum memorata corrigia nostra mensuratum decem terminos posuivimus finienda et da ipso decimo termino qualiter badit et ascendit per eadem mensura usque at memorata serra cauditana: et qualiter per memorati decem termines et per memoratas mensuras illos exegregavimus et fieri diximus da ipso primo termine qui est fictus a memorata parte meridiana usque at memorata serra cauditana ud super legitur taliter pertineat et siat ipsa fine inter memorata corrigia nostra et memoratum casalem et montem vestrum qui nominatur urbanum qui et at lamma dicitur perennis ac perpetuis temporibus: memorati homnes passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: quia ita sic nobis iudicatum est: Si autem nos aud heredibus nostris quobis temporem contra anc chartulam securitatis ud super legitur benire presumpserimus et minime adimpleverimus omnibus memoratis per quobis modum aud summissam personam tunc compotimus nos et heredibus nostris vobis posterisque: vestris et memorato monasterio vestro auri libras duas bythianteas et ec chartula securitatis ud super legitur sit firma scripta per manus sergii Curialis scrivere

rogatus et testes subscrivere rogati per memorata tertia decima indictione † hoc signum † manus memorati cicini et memorati stephani germanis: signum † manus memorati donadei adoptibo filio seum genero memorati cicini qui fuit filio memorati iohanni tinioso: signum † manus memorati iohanni filio memorati sparani monachi: signum † manus memorati donati filio memorati leoni exadelfis seum cognatis memorato cicino et memorato stephano pro vices eorum et pro vice memorati iohanni et memorati ioaquinthi germanis illorum: iterum et omnes memoratis parentes et consortes cum consensum et voluntatem memorati domini cesarii et memorata domina orania ét domina maria honestis feminis germanis filiis memorati domini marini de appium: iterum et cum consensum et voluntatem domini iohanni et domina maru honesta puella filiis memorati domini iohanni boccatorsi: cui ipsis hospitibus censiti sunt: memorata domina orania honesta femina cum consensum domini iohanni barboccia viri sui: et memorata domina maria honesta femina cum consensum domini marini de domino cali viri sui quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego cesarius filius domini sillicti rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego mastalus ductoris primarii rogatus a suprascriptas personas testis subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri rogatus a suprascriptas personas testis subscripsi †

† Ego sergius Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata tertia decima †

CCXCII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sexto sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio die tertia mensis decembrii indictione quartadecima neapoli: Definivimus nos iohannes gratia dei archiepiscopus sancte sedis neapolitane ecclesie nos autem pro vice *de* memorata sancta nostra neapolitana ecclesia et pro vice de monasterio nostro ipsius sancte neapolitane ecclesie vocabulo sancte marie que nominatur de illa turre sita in monte besubeo: vobiscum denique pancratio umilis igummeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et cum cuncta sancta et venerabili vestra congregatione monacorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: De intentione que inter nos abuimus propter monte bestrum una cum terras arbustatas et camperes positas in loco qui vocatur nonnaria in eodem monte besubeo quas inferius per fines exegregamus: insimul una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum balles et coniolas suas et scapulis et ripis seu ribis quamque et cum cerquetis et castanietis et insertetis et cum introitas earum omnibusque eis generaliter et integro pertinentibus: coherente sivi insimul incipiente a prima parte est fine qui nominatur de iohanne quomodo aquas exfinad. et quomodo badit et salit in sursum directum per ipsum ribum qui nominatur de iohanne sicuti aqua exfinat usque ad illa via publica que nominatur trasenda de ariniianum et da inde quomodo salit per illum lavinatum et da ipsum lavinatum quomodo badit et revolbit per terra de illi de tribunum marinum. et da inde quomodo salit et vadit per terra de monasterio nostro sancti salvatoris situm in eodem monte besubeo. etiam et ipsa terra de memorato monasterio nostro sancti salvatoris est coniunta cum terra memorati vestri monasterii sancti sebastiani quomodo inter se termines exfinad. et da inde quomodo salit in sursum et revolbit per terra unde intentione abemus cum illi lellalella et cum consortibus eorum et iusta intersicum qui est coniolus ipsius vestri monasterii sancti sebastiani et quomodo salit in sursum sicuti aquas exfinat et badit in capud de ribo qui

An. 1015.

nominatur mandra gentiula. et a foris ipso ribo qui nominatur mandra gentiula sunt coniolas memorati nostri monasterii sancti salbatoris sicuti aqua exfinad : da secunda vero parte est monte et silbis memorata sancta nostra neapolitana ecclesia. sicuti inter se quadtuor termines marmoreos finiendo posuimus: incipiente da capite de ipso ribo qui nominatur mandra gentiula sicuti aqua exfinat et quomodo salit et revolbit da illum iectum et da ipsum iectum quomodo badit in primo termine quem fiximus non longe da illa cerqua qui dicitur plumbata et da ipso primo termine quomodo badit per trabersum in secundo et tertio seu quarto termine que fiximus iusta via qui pergit a memorato monasterio nostro sancti salvatoris: a tertia vero parte incipiente da ipso quarto termine qui est fictus iusta memorata via et qualiter descendit per ipsa via in caput de ribo qui nominatur de illa sancta. et a foris eadem via est scapula et silba de monasterio nostro sancti archangeli situm in eodem monte besubeo et a foris eadem scapula et silba memorati nostri monasterii sancti archangeli est silba et monte memorata sancta nostra neapolitana ecclesia: et da capite de ipso ribo qui nominatur da illa sancta quomodo descendit in eo finiendo per ipsum ribum sicuti aqua exfinat : a quarta vero parte in pede. de ipsum monte bestrum sunt terris memorati vestri monasterii sancti sebastiani: set intus hec finis sunt vie qui pergit at memorata monasteria nostra et at alia monasteria nostra que abemus in memoratum monte simul et at memoratum monte et silbe nostre: unde dicevat pars nostra adversus vos quia de memoratum monte et de memoratis terris qualiter superius illos per ipsas fines et per ipsos termines exegregavimus qualiter superius legitur ex parte exinde est de memorata sancta nostra neapolitana ecclesia et ex parte exinde est de memorato monasterio nostro sancte marie qui nominatur at illa turre : volumus ud abeamus nobis illos sicuti de antea illos abuimus et tenuimus : pars autem vestra replicans dicens absit ut sint ita : set dicebatis ud in memoratum monte et terris qualiter superius illos per ipsis terminis et per ipsas fines exegregatum est sicuti et quomodo superius legitur memorata sancta nostra neapolitana ecclesia aud memorato nostro monasterio sancte marie qui nominatur ad illa turre ibidem nullam dominationem abuissemus nec aberemus per quadragintam annos set proprius fuisset et est de memorato vestro monasterio sancti sebastiani unde multa haltercatione exinde

inter nos abuimus nunc autem peressimus ambas partes ibique supra cum iudices publicos. et dum taliter ante eis altercassemus iudicaverunt exinde inter nobis ud si aberemus chartules ostenderemus illes ante eis inter partes: et quia in presentis ibidem ante eis ostensistis chartules membranes et de tumbos qui illos continent et ante eis ille relegere fecimus. Insuper et ostensistis nobis ibique supra ante eodem iudices omminibus et certificaverunt quomodo memoratum monte et memoratis terris cum omnibus suis pertinentiis sicuti per memoratas fines et per memoratis terminis illos exegregatum est qualiter superius legitur proprius fuisset et est de memorato vestro monasterio sancti sebastiani et memorata sancta nostra neapolitana ecclesia aut memorato monasterio nostro sancte marie qui nominatur ad illa turre ibidem nullam dominatione abuissemus nec aberemus per legem hecce per quadragintam annos: etiam et ipsi iudices ipse chartule audientes et ipsa testimonia taliter certificantes iudicaverunt exinde inter nobis oc iudicium ud iurare faceretis nobis octo personas de memoratis omminibus qui nobis ostensistis et dicere per ipsa sacramenta ud memoratum monte et memoratis terris cum omnibus suis pertinentiis qualiter et quomodo superius illos per memorati fines et per memorati terminis exegregatum est qualiter superius legitur proprius fuisset et est de memorato vestro monasterio sancti sebastiani: et memorata sancta nostra neapolitana ecclesia aud memorato monasterio: nostro sancte marie qui nominatur at illa turre intus ipsas fines et iamdicti termines nullam dominationem abuisset per legem hecce per quadragintam annos: Iterum et iurare faceretis nobis una persona ipsius vestri monasterii et dicere per sacramentum ut qualiter illut memoratis omminibus adfirmaberunt taliter fuisset et est memoratas fines et memoratus vester monasterius sancti sebastiani illut tenuit et dominavit hecce per quadragintam annos et memorata sancta nostra neapolitana ecclesia aut memorato monasterio nostro sancte marie ibidem nullam dominatione abuisset per legem intus quadragintam annos: nos autem poneremus vobis exinde securitate: et quia in presentis accepimus a parte vestra memorata sacramenta et definivimus exinde vobiscum in omnibus et amodo et semper numquam presumimus nos aut posteris nostris nec memorata sancta nostra neapolitana ecclesia aut memorato nostro monasterio sancte marie nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris aut memorato vestro mo-

nasterio sancti sebastiani de memoratum montem et terris insimul una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum balles et coniolas suas et scapulis et ripis seum ribis quamque cum cerquetis et castanietis et insertis et cum introitas earum omnibusque eis generaliter et integro pertinentibus sicuti et quomodo superius illos per memoratas fines et ipsis termines exegregatum est qualiter superius legitur exinde querere per nullum modum nec per summissis personis nullamque adinventam rationem a nunc et in perpetuis temporibus: insuper promittimus et firmamus vobis ut si quobis tempore exieris quabis personas qui vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio sancti sebastiani exinde quesieris per nos aut per nostris posteris aut per memorata sancta nostra neapolitana ecclesia vel per ipso monasterio nostro sancte marie qui nominatur ad illa turre per quobis modum tunc nos et posteris nostris et memorata sancta nostra neapolitana ecclesia vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietate nullam exinde mittentes occansione: tantummodo ipse vie ut super legitur tu et posteris tuis vel memorato vestro monasterio sancti sebastiani nobis nostrisque posteris et a memorata monasteria nostra illos contrare non debeatis set ipse vie ibidem exere debeas sicuti de antea fecerimus quia ita inter nobis iudicatum est: Si autem nos aut posteris nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et posteris nostris et memorata sancta nostra neapolitana ecclesia vobis vestrisque posteris et in memorato monasterio vestro sancti sebastiani auri libras duas bythianteas et ec chartula securitatis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quartadecima indictione †

† iohannes archiepiscopus subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis testis subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione †

CCXCIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sexto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio: die secunda mensis ianuarii indictione quartadecima neapoli: Certum est me petrum umilem presbyterum filio quidem iohanni qui nominatur pappasalvanum: A presenti die promptissima volumtatem promitto tibi domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appallatur casapicta situm in viridiarium: et at cuncta et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras sexuncias vestras quod est medietate de integra portione qui fuit quondam iohanni presbyteri qui nominabatur pappasalbanum *abio meo* de integra ecclesia vocabulo sancte iulianes sita hat porta sancti ianuarii una cum integras sexuncias vestras ex ipsa portione qui fuit memorati quondam iohanni presbyteri de omnibus rebus et substantiis et de abitationibus seu cellis et cum integra portione vestra de ortum ante headem ecclesia qui est intus curte commune et cum portione vestra de egripum et de orreum super se et cum portione vestra de pischina et cum aeribus et aspectibus suis quamque cum introitas earum omnibusque eis generaliter et integro pertinentibus: ubi domino deo atiubante me ibidem custodem ordinastis a nunc et omnibus diebus vite mee: in eo enim tenore ut a nunc et omnibus diebus vite mee in mea sit potestatem tenendi et dominandi seum frugiandi etiam et ipsis hereditatibus lavorandi et at lavorandum dandi absque scriptis fruendi et comedendi: etiam et in eadem ecclesia die noctuque omnem officium sacerdotalem facere debeamus aut facere faciamus hoc est vesperos et matutinos seu missarum sollemnia et oris laudibus lumminariorum vero concinnationem sine ora facere et exivere debeamus ut aput deum et coram omminibus mihi exinde laus et mercis atcrescat: et si aliquod in memorata ecclesia aut in abitationibus suis at conciandum abueris ego illut conciare debeamus quomodo iustum fueris: et pro alimoniis nostris dedistis et tradidistis nobis et omnes hereditates et substantias et abitationes et cellis et ortum et memorata portione de memorata gripta et de orreum et de

An. 1016.

iamdicta pischina una cum omnia et ex omnia memorata sexuncias vestras de memorata portione qui fuit memorati quondam iohanni presbyteri abii mei per quobis modum pertinentibus et in mea cuntis diebus vite mee sit potestate tenendi et dominandi seum frugiandi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluerimus: et si aliquod ibidem offertum vel datum fueris sive a viribus vel a mulieribus si fueris mobile in mea sit potestate faciendi que voluerimus: si autem inmobilem fuerit aut terras vel tale causa pro hornamentum de memorata ecclesia vite mee in mea sit potestate et post meum obitum remaneat in memorata ecclesia et omni annue ego cuntis diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et dirigere debeamus oblates paria trea unum in nativitatem domini et alium in resurrectione domini: seum et alium parium in festivitate memorata ecclesia sancte iulianes sine omni amaricatione: et non abeas licentiam ego cuntis diebus vite mee ex ipsas sexuncias vestras aliquod vendere aut cedere vel offerire aut in pignus supponere per nullum modum: iterum nec vos aut posteris vestris vel memorato sancto vestro monasterio non abeatis licentiam cuntis diebus vite mee illos tollere aut exinde iactare nec quod absit quolivet sacerdotem vel clericum aut monachum vel alias quavis personas super me ibidem ponere per nullum modum cuntis diebus vite mee: post autem meum transitum in vestra vestrisque posteris et de memorato sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur potestate cum omnibus sivi pertinentibus cuius iure exe videris: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc ego cuntis diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in memorato sancto vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et ec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata indictione ✝ et oc memorati sumus ud at meum obitum in memorata ecclesia dare et reliquere debeamus una planeta linea cum orarium suum et calice sanctum de stagnum cum patina sua:

✝ ego petrus presbyter subscripsi ✝

✝ Ego stephanus scriniarius: testis subscripsi ✝

✝ ego gregorius filius domini mastali testi subscripsi ✝

✝ Ego gregorius scriniarius: testis subscripsi ✝

✝ Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione ✝

CCXCIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sesto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio: die sexta mensis ianuarii indictione quartadecima neapoli: Certum est me stephano qui nominatur levorano qui fuit atfiliato quondam donati abitator in loco qui vocatur arinianum foris flubeum: A presenti die promtissima volumtatem promitto vobis domino pancrati umilis igumeno monasterii sanctorum sergii et vachii qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cuncta sancta et venerabile vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter integra una clusuria de terra vestra iuris memorati sancti vestri monasterii posita in memorato loco arinianum ....una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus sibi generaliter pertinentibus: coherente sivi ab uno latere est ribo qui nominatur. .... exfinat: et a foris ipso ribo est terra memorati vestri monasterii............. stephano nepoti suo: et de alio latere est terra monasterii sancti salvatoris de monte besubeo: seum et terra memorati vestri monasterii que tenet memorato andrea: de uno capite est scapula et ribus quomodo per termines exfinat: et de alios capite via publica unde ibidem introitum abere debeamus et in aliquantum foris ipsa via coheret terra memorata.............primicerio qui nominatur milluso: quas vero memorata integra *una clusuria de terra* ut super legitur mihi meisque propriis heredibus dedistis at lavorandum et detinendum in eo enim tenore ut in mea meisque propriis heredibus sint potestate eos tenendi et dominandi seum lavorandi et seminandi et at meliorem cultum perducendi in omnibus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et bites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus seum et olibes ubi necessum fueris et sicut iustum fueris; et de subtus quodcumque nobis dominus dederis in quolivet seminatus que ibidem seminaberimus in nostra sit potestatem unde nullam mihi meisque propriis heredibus exinde non queratis aut tollatis: etiam si ego et heredes

An. 1016.

meis propriis ibidem abitare et residere voluerimus licentiam et potestatem abeamus absque damnietatem de ipsum olibetum et de ipsum arbustetum: et si ibidem pischina aut furnum facere voluerimus licentiam et potestatem abeamus: et desuper quantum binum ibidem omni annue dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietatem: vos et posteris vestris medietatem ego et propriis meis heredibus similiter alia medietatem et ego et heredes meis illut vindemiare debeamus at omni nostro expendio et in vindemias una persona vestra nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum vindemiaverimus: et ipsa medietate vestra ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris traere debeamus omni annue at omni nostro expendio usque at illa obedientia vestra sancti basilii de nonnaria sine omni amaricationem: de ipsum olivetum stetit inter nobis ut omni annue quandoque abueris ego et propriis meis heredibus illos colligere et atdunare debeamns absque omni fraude at omni nostro expendio: et ille traere et portare debeamus at illa obedientia vestra et illi macenare debeamus in ille oliare vestris cum nostris omminibus et ipsa pargiaturia de ipsum oleare de communi dare debeamus et dum ipse olives macenaverimus nutrire debeamus duas personas vestras quomodo iustum fueris: et quantum oleum ibidem dominus deus dederis dividamus illos inter nobis per medietatem: vos et posteris vestris medietatem: et ego et propriis meis heredibus similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra vos et posteris vestris illos exinde traere debeatis quomodo potueritis: et si quod absit et ipse oliarie vestre dirrubte fueris tunc ego et propriis meis heredibus ipse olives portare debeamus at macenare ad alie oliare in memorato loco et ipsa macenaturia demus de commune ut super legitur et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato sancto vestro monasterio mihi meisque propriis heredibus exinde iactare aut illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: vene ego et propriis meis heredibus illos lavorantes et pastenantes et omnia memorata atimplentes..................

CCXCV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sexto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio: die quintadecima mensis ianuarii indictione quartadecima neapoli: Certum est nos pancratium umilis igumeno monasterii sanctorum sergii et vachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: una cum cunta sancta nostra congretione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate offerre et offerimus *atque in* presentis contradidimus vobis stephano primicerio et petro secundicerio: seum stephano presbytero stauritas et stephano de caroppi et gregorio germanis stauritas: seum stephano de marino et petro de illum monacum et gregorio pappadeum et leone qui nominatur pipe et stephano syrrentino quamque iohanne qui nominatur borone et vono qui nominatur de iaco..... seum stephano qui nominatur trappalia iterum stauritis: hoc est primicerio et secundicerio seum stauritis ecclesie sancti stephani ad actone: idest integra una clusuricella nostra iuris memorati nostris monasterii de terra qui nominatur biniola posita at memorata memorata ecclesia sancti stephani: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus. Coherente sivi a prima parte terra memorata staurita bestra: da secunda parte terra monasterii sancte marie qui nominatur at illa turre: a tertia vero parte terra heredum quondam iohanni presbytero qui nominatur marciano: et ex alia parte terra memorata ecclesia sancti stephani qui est in potestate de sacerdotes qui ibidem officiaveris: De qua nichil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in alienas cuiusque personas quod absit commisimus aut iam committimus potestatem: set a presenti die et deinceps a nobis vobis sit datum et traditum in vestra et de memorata stauritas vestra sit potestate ad abendum illut ipsa stauritas in sempiternum: et neque a nobis memorato pancrati umilis igummeno una cum cunta memorata nostra congregatione monachorum memorati sancti nostri monasterii. neque a posteris nostris nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorate primi-

An. 1016.

cerio et secundicerio seum iamdictis stauritis vel posteris vestris aut memorata stauritas vestras quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus: tantummodo si quolibet tempore ipsa staurita dirrubta fueris clara facta veritate tunc memorata integra clusuricella rebertant in memorato nostro monasterio sine omni minuitate: Insuper promittimus vobis memorato primicerio et memorato secundicerio et iamdictis stauritis ut super legitur et per vos repromittimus a quidem sparano primicerio qui nominatur milluso et stephano qui nominatur levorano et cesario filio donati seum andrea filio petri et donato filio quondam cesarii. et petro qui nominatur rappulo: abitatoribus de loco qui vocatur arinianum: ut vos iam totis nominatibis et omminibus de casis vestris abeatis largietatem cum peculias vestras maioris et minoris in illa silba nostra que abemus in monte besubeo sicuti continet firmissima chartula securitatis nostra que nos inde intus memorato nostro monasterio abere videmur et inde lignas da focum taliare sine omni nostra contrarietate absque qualiscumque damnietate de ipsa silba nostrà et de castaneas et de insertas et de cerquas et de illa escas et nullum lignum qui prodem abueris inde taliare non debeatis aut taliare faciatis per nullum modum: etiam et de ipsa silba nostra ubi ipsa largietate vobis dedimus ut super legitur per fines exegregamus hoc est da illa cruce et da inde quomodo vadit per illa via qui pergit et salit in caput de loco qui nominatur at illum scannum et de alia parte quomodo salit illa via qui pergit at monasterio sancti salvatoris de eodem monte vesubeo usque at illum termine nostrum marmoreum qui est fictus iusta memorata via: et reliqum alium ex ipsa silba nostra nullam dominationem abeatis: etiam et quandoque ipsa silba nostra intus ipsas fines ubi ipsa largietatem vobis dedimus ut super legitur escas abueris et in memorato nostro monasterio. non necessaberis. aut at nostris omminibus et illos at vendere abnerimus tunc vobis illos vendere debeamus sicuti exinde invenerimus da duas seum tertia et quarta personas: verumtamen stetit inter nobis ut si vos intus memoratas fines ubi vobis largietate dedimus de memorata silba nostra unde memorata firmissima chartula securitatis atpreensam abemus qualiter superius lergitur qualiscumque lignum da prodem inde taliare volueritis absque qualiscumque damnietate de ipsa silba nostra si per

nostrum commiatum et de posteris nostris et de memorato nostro monasterio illos non taliaveritis tunc non abeatis licentiam illas exinde taliare nec taliare faciatis per nullum modum excepta si memorato nostro monasterio vobis exinde absolutione dederis: memorata vero firmissima chartula securitatis nostra siat firma et stabilis de omnia que continet: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut posteris nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quintadecima indictione †

† πὰνκρατιος ιγουμενος υπεγραψα †

† λαυρεντιος αμαρτωλος πρεσυιτηρ ιδιοχειρος μαρτυρ υπεγραψα †

† πετρος πρεσυιτηρ μοναχος υπεγραψα ιδιοχειρος †

† ιω̃ αμαρτωλος κριριχος υπεγραψα ιδιοχειρος †

† Ego gregòrius scriniarius testis subscripsi †

† ego gregorius filius domini mastali testi subscripsi †

† Ego stephanus scriniarius: testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione †

CCXCVI.

An. 1016.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sexto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio: die nona mensis februarii indictione quartadecima neapoli: Certum est me cesario qui nominatur piscopo filio quondam donati abitator in loco qui nominatur arinianum foris flubeum territorio plagiense: A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta sancta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum unum cuniolum vestrum de terra exaudum seum et una petia de terra vestra iuris memorati vestri monasterii insimul posita in illum monte vestrum qui est in monte besubeo una cum ille scapule ex ipsum coniolum qui sunt de anba latera quomodo descendit in solarias vestras et ille scapule qui sunt de anba capita ex ipsum coniolum in vestra reserbastitis potestatem: et ipsa petia abet finis de una parte ribo vestro qui nominatur de iohanne: de alia parte terra vestra ubi est insertitum vestrum que in vestra reserbastis potestatem: et de uno capite est castanietum vestrum que in vestra reserbastis potestate: et in alio capite est iterum terra vestra que in vestra reservastitis potestatem: una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus pertinente memorati vestri monasterii sicuti continet firmissima chartula securitatis vestra que apud vos abetis: quas vero memoratum coniolum cum memorata petia de terra ut super legitur mihi meisque heredibus dedistis ad lavorandum at detinendum. in eo tenore ut in mea meisque heredibus sint potestatem eos tenendi et dominandi seum lavorandi et scoropandi et in ipsum coniolum castanietum et insertetum. facere debeamus quomodo merueris et in ipsa petia iterum castanietum et insertetum seum arbustum facere et abere debeamus iterum quomodo merueris: et omni annue illos seminare debeamus et illos lavorare et cultare debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas:

et ipsum seminatum super nos recolligere debeamus unde nullam nobis exinde queratis aut tollatis: tantummodo de ipsa petia de terra omni annue ego et heredes meis vobis vestrisque posteris exinde terraticum dare et atducere debeamus de que: ibidem bernoticum seminaberimus sicuti tulleritis de aliis omminibus de alie terre vestre de memorato loco tractum usque intus memorato vestro monasterio sine omni amaricationem: et quantas castaneas et insertas ibidem omni annue abueris ego et heredes meis illos colligere et atdunare debeamus et dividamus illas inter nobis per medietatem: vos et posteris vestris medietate: et ego et heredes meis similiter alia medietate: asque omni fraudem: et ipsa medietate vestra ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris omni annue portare debeamus usque intus illa obedientia vestra sancti basilii de nonnaria: et quale tempore ibidem vinum fecerimus mundum et saccapannas dividamus illos inter nobis per medietatem: vos et posteris vestris medietate: et ego et propriis meis heredibus similiter alia medietate et ipsa medietate vestra omni annue traere debeamus usque at ipsa obedientia vestra: et per vindemias una personas vestras nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum vendemiaberimus et ego et propriis meis heredibus illut vindemiare debeamus at omni nostro expendio: et quandoque ibidem escas abueris in vestra vestrisque posteris siat potestatem unde nullam exinde tollamus: et quandoque in ipsas escas porcis ponere volueritis licentiam abeatis absque damnietatem de ipsum castanietum et insertetum: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio mihi meisque propriis heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissis personis: vene ego et meis propriis heredibus illos lavorantes et omnia memorata atimplentes: et quandoque ego et propriis meis heredibus illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris cum omni sua remeliorationem: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis propriis vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quartadecima indictione ✝ hoc signum ✝ manus memorato cesario qui nominatur piscopo quod ego pro eum subscripsi ✝

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego gregorius scriniarius testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione †

CCXCVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sexto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio: die vicesima tertia mensis februarii indictione quartadecima neapoli: Certum est nos sparano primicerio qui nominatur milluso filio quondam leoni: et petro qui nominatur rappulo filio quondam voni abitatoribus in loco qui nominatur arinianum foris flubeum territorio plagiense: A presenti die, promtissima volumtate promittimus vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani quia appellatur casapicta situm in viridiarium et at cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter castanietum bestrum qui abetis in illum monte bestrum qui est in monte besubeo una cum scapules sues et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: sicuti per fines illos exegregavimus: hoc est da fine de rium bestrum qui nominatur de iohanne et quomodo badit per ipso ribo usque in caput de mandra gentiula et usque at illum termine vestrum marmoreum qui est fictus in memorata illa cerqua que nominatur plumbatum et da inde quomodo descendit per illa via qui badit per propria causa ipsius vestri monasterii et usque at illa crucem: et da ipsa crucem quomodo descendit per ipsa via et redit usque at memorato ribo de iohanne et usque at illa trasenda que nominatur de arinianum: excepto illum coniolum qui est intus ec finis et alia una petia que per chartula datum abetis at cesario qui nominatur piscopo de memorato loco arinianum: insimul pertinente memorati vestri monasterii sicuti continet firmissima chartula securitatis vestra que aput vos exinde abetis: et a foris ipsis finis sunt terris ipsius vestri monasterii: que in vestra reservastitis potestatem: quas vero memoratum castanietum vestrum ut super legitur nobis nostrisque propriis heredibus dedistis at lavorandum: in eo enim tenore ut in nostra nostrisque propriis heredibus sint potestate eos tenendi et dominandi et ibidem insertas insertandi et ipsum castanietum cum ipsum insertetum scoropandi et cultandi et de ipse

An. 1016.

castanees et insertes curam et sollicitudinem abere debeamus: et quantas castaneas et insertes omni annue ibidem deus dederis nos et propriis nostris heredibus illes colligere et adunare debeamus absque omni fraudem et malo ingenio: et dividamus illes inter nobis per medietate: vos et posteris vestris medietate et nos et heredibus nostris similiter alia medietatem. et ipsa medietate vestra nos et propriis nostris heredibus vobis vestrisque posteris traere debeamus usque at illa obedientia vestra sancti basilii de nonnaria sine omni amaricationem: verumtamen inter nobis ut illes cerques qui ibidem sunt aut fueris in vestra vestrisque posteris illos reserbastis potestate pro ipsa escas: et quandoque ipsas escas abueris licentiam et potestatem abeatis ibidem porcis ponere absque damnietatem de ipsum castanietum et insertetum que ibidem fecerimus ut super legitur: et amodo et usque in septem annis expletis ante sorte superfluum vobis, vestrisque posteris dare debeamus de ipse castanee modia quinque: et da ipsis septem annis in supra ipsa quinque modia moriantur: set dividamus illes da inde in antea per medietate qualiter superius legitur: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio: nobis nostrisque propriis heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: atimplentes nos et nostris propriis heredibus omnibus memoratis per ordinem ut super legitur: verumtamen stetit inter nobis ut si quis ex nos aut de nostris propriis heredibus illos lavorare non volueris aut non potueris tunc rebertant inter nobis nostrisque propriis heredibus at unus alterius in memorato ordine et tenore ut super legitur: et quandoque nos et propriis nostris heredibus illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus cum omni sua meliorationem: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et propriis nostris heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quartadecima indictione † hoc signum † manus memoratas personas quod ego pro eis subscripsi †

† ΕΓΘ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† Ego iohannes scriniarius testis subscripsi †

† Ego gregorius scriniarius testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione †

CCXCVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo sexto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo tertio: die vicesima mensis augusti indictione quartadecima neapoli: Certum est nos andrea filio quondam gregorii de resa: et stephano filio quondam idem stephani de pascam: abitatoribus autem in loco qui nominatur tertium: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui atpellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta vestra *congregatione* monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum molinum bestrum iuris memorato sancto *et venerabili vestro monasterio* una cum integra una clusuria de terra vestra ubi est memoratum molinum positum in memorato loco tertium una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et ipsum molinum cum ferroras et moles suas et cum omnias alias armaturias suas omnibusque sivi pertinentibus: quas nobis nostrisque heredibus dedistis at detinendum amodo et usque in quatuor annis expletis: in eo enim tenore ut nostra nostrisque: heredibus sint potestatem eos tenendi et dominandi et ibidem curam et sollicitudinem abendi et fossatas de ipsum molinum mondandi quomodo merueris et in eadem molinum macinandi et omnes frugias quantas et quales ex ipsum molinum abere seum tollere potuerimus per quobis modum super nos illos tollere et levare debeamus unde nullam sortem aut parte nobis nobis nostrisque heredibus exinde non queratis aut tollatis: etiam et memorata inclita clusuria de memorata terra lavorare et cultare debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et vites ibidem omni aunue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris et sicut iustum fueris: et ibidem ornas facere et abere debeamus et per giro in giro ipsa clusuria claudere debeamus et at cancellum illum atducere debeamus at omni nostro expendio: et quodcumque omni annue in memorata clusuria deus dederis subtus et super sic exinde faciamus quomodo feceris totus ipse locus cum suis portio-

An. 1016.

narfis: et qualecumque causa de ipsa armaturias de ipsum molinum rerumperis nos et heredes nostris illut facere et conciare debeamus at omni nostro expendio excepto ille moles si rerumperis anbas partes de communale ille ponere debeamus: set ut superius diximus omnes frugias quantas et quales de ipsum molinum lavorare et conquirere potuerimus per quobis modum in nostra nostrisque heredibus sint potestatem unde nullam nobis exinde que ratis aut tollatis: tantummodo homni annue nos et heredibus nostris pro ipsum molinum vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense idest triticum bonum siccum modia viginti septem at modium iustum: et omni annue in memorata festivitate sancti sebastiani nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris dare et atducere debeamus dua modia de pane bonum mundum et omni annue per iovi die sanctum similiter alium unum modium de pane vonum mundum insimul ipsum triticum et ipsum pane omni annue tractum intus memorato vestro monasterio sine omni amaricatione et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque heredibus illos tollere aut exinde iactare ante memoratis quatuor annis expletis per nullum modum: dantes nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris omnia memorata per ordinem ut super legitur: et si qualivet amaricatione aut tardietate exinde fecerimus at dandum et at complendum omnia memorata per ordine ut super legitur tunc licentia et potestate abeatis vos et posteris vestris atpreendere in omnia nostra hereditate seu substantiis de intus et foris et personibus nostris et de filiis filiabus nostris donec at vestram perveniatis iustitiam: insuper et de plinum licentiam abeatis nos et heredes nostris exinde iactare: verumtamen stetit nobis ut dum ipsum molinum bestrum tenuerimus per omnem mense vobis vestrisque posteris de vestrum triticum macenare debeamus gratis modia quinque: complete vero memorati quatuor annis expletis si nos et heredes nostris in antea illut tenere voluerimus licentiam et potestatem abeamus in alium ordinem et tenore sicuti exinde inveneritis da duas seu tertias personas: et si illut atpreendere noluerimus in ipsum ordinem sicuti exinde inveneritis ut super legitur tunc memoratum molinum cum omnem edificium suum et armaturias suas quale macenaveris et memorata clusuria per giro clausa et cum cancellum suum: vobis vestrisque posteris atsignare

et redere debeamus sine omni minuitate quia ita nobis placuit. Si autem aliter fecerimus: de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis auri solidos viginti bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata indictione † hoc signum † manus memorato andrea signum † manus memorato stephano quod ego pro eis subscripsi †

† Ego gregorius scriniarius testis subscripsi †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego stephanus scriniarius testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione †

CCXCIX.

An. 1016.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo septimo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo quarto: Die vicesima prima mensis septembrii indictione quintadecima neapolim: Certum est nos stephanum presbyterum sancte neapolitane ecclesie filium quondam donadei ipsius sancte neapolitane ecclesie ego autem pro vice mea et pro vice quidem leoni nepoti mei qui nominatur catontium ipsius sancte neapolitane ecclesie filium quondam petri exadelfi mei abitatoribus autem in loco qui vocatur lanceosinum: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino pancrati venerabili igummeno monasterii sanctorum sergii et bachii. qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta sancta et venerabili vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter inclitum censum quem omni annue ego et memorato leone nepoti meo una cum aliis parentibus et consortibus nostris dare soliti summus in memorato sancto et venerabili vestro monasterio eo quod parentibus nostris per plurimos annos ipsum censum ibidem dare soliti fuerunt: et in memorato sancto vestro monasterio hobbenit et pertinet seum cecidit per legatione dispositi quem fecit quondam domino marino filio quondam iohanni magnifici et quondam domina anna iugalium personarum quem vero ipsum dispositum apud vos in memorato sancto vestro monasterio abetis: quod est nominatibum ipsum censum omni annue triticum modia decem et auri tari duos et unum miliaccium et quarta de aignum: unde de memoratum censum omni annue ego et memorato nepoti meo et nostris heredibus dare debeamus medietate: etiam et ipsis parentibus et consortibus nostris similiter exinde dare debes omni annue alia medietatem: quod sunt nominatibi ipsis parentibus et consortibus nostris in primis gregorio qui nominatur trinca filio quondam iohanni trinca: et palumbo trinca filio petri trinca exadelfis germanis: et vono qui nominatur maraci filio quondam sergii de fermoso: et cesario filio quondam petri de palumbo: seum iohanne filio petro de vona: quamque urso filio quon-

dam iohanni de fermoso insimul omminibus ipsius iamdicte memorate et domine nostre neapolitane ecclesie abitatoribus de memorato loco lanceasinum: unde per anc chartula repromittimus et firmamus vobis et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio quatenus omni annue ego et memorato nepoti meo et nostris heredibus dare debeamus in memorato vestro monasterio per festivitate sancte marie de augusto mense pro ipsa medietate nostra de ipsum censum idest triticum bonum siccum modia quinque tractum et mensuratum intus memorato vestro monasterio at modium iustum de comedendum sine omni amaricationem: et omni annue per memorata festivitate sancti sebastiani auri tare unum bonum: et ipsa medietate nostra de ipsum miliaccium: et per sanctum pascham ipsa medietate nostra de ipsa quarta de ipsum aignum sine omni amaricatione nulla exinde mittentes occansionem: et ipsa reliquas alia medietatem ex psum censum ut super legitur ipsis parentibus et consortibus nostris et illorum heredibus dare debeas omni annue sicuti dare et facere consueti sunt per plurimos annos ipsis et parentibus illorum: quia ita nobis complacuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quebis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quinta decima indictione ✝ hoc signum ✝ manus memorato stephano presbytero pro vice sua et de memorato nepoti suo quod ego pro eis subscripsi ✝

✝ ego stefanus presbyter subscripsi ✝

✝ ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi ✝

✝ Ego petrus primarius testis subscripsi ✝

✝ Ego iohannes Curialis testis subscripsi ✝

✝ Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quintadecima indictione ✝

CCC.

An. 1016. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo septimo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo quarto: die secunda mensis nobembrii indictione quintadecima neapoli: Certum est me grimoaldo filio quondam martini abitator in loco qui vocatur narrectianum territorio liburiano: A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta sancta et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra una clusuria vestra de terra qui nominatur ad martiullum qui et campo de piro dicitur posita in memorato loco narrectianum: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: pertinente memorati vestri monasterii: qui et coheret a memorata clusuria vestra de una parte terra heredes domini aligerni guindactii: et ab alia parte terra de fundati de vibanum: de alia parte terra domini sergii et domini gregorii germanis cognomento ipati: et ab alia parte terra heredum domini ceta domini summa: et illi de commite maurone et ex omni parte memorata clusuria vestra sepis et fossatus proprius ex ipsa clusuria vestra exfinat: quas vero memorata integra clusuria vestra qualiter superius legitur mihi meisque propriis heredibus illa dedistitis at responsaticum at detinendum: in eo enim tenore ut in mea meisque propriis heredibus sint potestate tenendi et dominandi seum lavorandi et seminandi et at meliore cultum perducendi in omnibus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas cancuminas et vites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris et sicut iustum fueris: et omni annue inferius et superius super nos illos fruendi et comedendi et ipsas frugias faciendi exinde de omnia que mihi meisque propriis heredibus placueris unde nullam sortem aut partem nobis exinde non queratis aut tollatis per nullum modum: tantummodo homni annue ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et ve-

nerabili vestro monasterio exinde responsaticum dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense idest triticum vonum siccum modia viginti tractum paratum usque intus memorato sancto et venerabili vestro monasterio mensuratum at modium iustum de comedendum. iterum et cum ipsum triticum vobis per omni annuo dare et atducere debeamus unum parium de pulli matrici sine omni amaricatione : insuper et per omni annuo vos et posteris vestris licentiam et potestatem abeatis in casa nostra scaballicare et ego et propriis meis heredibus vobis usque at quinque personas et at caballos vestros manducare et bivere dare debeamus quomodo iustum fueris : et si prevaricaberimus memorata festivitate sancte marie et non atduxerimus vobis memoratum integrum responsaticum et illuc dirretitis aut veneritis at pignorandum licentiam et potestatem abeatis in casa nostra scaballicare et nos pignorare ubi volueritis et nos vobis et at caballis vestris manducare et vibere dare debeamus : sicut iustum fueris : et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris et memorato sancto vestro monasterio mihi meisque propriis heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissis personis : vene ego et propriis meis heredibus illa lavorantes et arbustantes et omni annue pargiantes et omnia memorata atimplentes ut super legitur et nec ego et propriis meis heredibus non abeamus licentiam illa cedere aut vendere vel infiduciare aut subiugare vel offerire aut in pignus supponere per nullum modum : et dum ego et propriis meis heredibus in oc placito illa tenuerimus vos et posteris vestris nobis illa defendere debeatis : preter si per clara facta veritate aliquod exinde perdiderimus per ratiocineas de memoratum responsaticum nobis minus facere debeatis : et quandoque ego et propriis meis heredibus illa habrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illa abrenuntiare vona arbustata et vitata liverum sicuti modo nobis illut liverum dedistis : quia ita nobis placuit : Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata indictione † hoc signum † manus memorato grimoaldo quod ego per eum subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego gregorius scriniarius testis subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quintadecima indictione †

CCCI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo septimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo quarto: die sexta mensis nobembri indictione quintadecima neapoli: Visus itaque fuimus nos videlicet maru et gregorio seu theodonanda quamque drosu uterinis germanes seum germano filies et filio quondam sergii ferrarii de davete et quondam pitru iugalibus: ego memorata maru conius quidem iohanni et ego memorata theodonanda conius gregorii crarii filio simeoni crarii: et ego memorata drosu conius petri: qui nominatur gucto hoc est cognatis: quereremus vos videlicet domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: seum et stephano presbytero sancte neapolitane ecclesie filio quondam donadei abitator in loco qui nominatur langeasinum: de integra una petia de terra que nominatur fracta maiore posita in memorato loco lanceasinum: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere terra de illi ciminula unde responsaticum exiet vobis et at consortibus vestris sicut inter se termines exfinat: et de alio latere terra que tenet leone filio quondam iohanni cutontium de memorato loco: ipsius sancte neapolitane ecclesie: unde iterum responsaticum exiet vobis et at ipsis consortibus vestris: de uno capite via publica: et de alio capite coheret terra heredum petri de bona de memorato loco ipsius sancte neapolitane ecclesie unde similiter responsaticum exiet vobis et a predictis consortibus vestris: reclamando et dicendo pars nostras atbersus vos quia memorata integra terra qualiter superius legitur nostra est et nobis pertinet per memoratis iugalibus genitoribus nostris et at eis pertinuit per comparatum per iudicatum recetatibum que apud nos abemus sicuti et quomodo in omnibus ipse iudicatum continet: pars autem vestra replicans dicens bsit ut sint ita: set dicebatis ud memorata integra terra qualiter superius-aeglitur pertinet de ille terre de memorato loco lanceasinum unde memo

An. 1016.

rato vestro monasterio homni annue responsaticum tollere solitus est : et nobis cecidit et pertinet de legatione dispositi quondam domini marini de turre filio quondam domini iohanni magnifici que apud vos ipsum dispositum abetis : unde multa altercatione exinde inter nos abuimus nunc autem pereximus anbas partes in publicum ante iudices et ibidem ostensimus memoratum iudicatum et vos ibidem ostensistis memoratum dispositum cum alie chartules et ante eis illas relegere fecimus : et dum relecte fuissent ante eorum presentiam venistis tu memorato stephano presbytero filio memorati donadei qui ipsa terra tenuistis et dominastis et ipsum responsaticum persolbet tu cum parentibus tuis et testificastis una cum aliis omminibus de memorato loco lanceasinum quomodo memoratas terras tu memorato stephano presbytero usque modo tenuisset : iterum et nos ostensimus ibidem ante eodem iudices aliis omminibus de ista civitate qui nos ibidem atiubaberunt at vindemiandum et ceciderunt ipsa nostra testimonia : et dum taliter ante eis altercassemus iudicatum est exinde inter nobis oc iudicium ut iurare nobis uno manipulo ipsius vestri monasterii et dicere ut memorata terra qualiter superius legitur de ille terre sint unde ipso responsaticum exiet et nos ibidem nullam dominationem abuissemus vos schientem nos autem poneremus vobis exinde securitatem et apud vos caubratum poneremus memoratum iudicatum : et post hec omnia facta domino deo ausiliante et per colloquia vonorum omminibus venimus exinde inter nobis in vona comvenientia habsque omni sacramento : Deinde per eadem vona comvenientiam divisimus inter nobis memorata integra terra in tertia parte in longum divisum : unde tetigit in memorato sancto vestro monasterio exinde parti due et nobis memoratas germanas et germano parte una quod est tertia : et coheret sivi a memorate integre due parti vestre qui vos exinde tetigit ab uno latere terra de memorati ciminula unde iterum responsaticum exiet vobis et at ipsis consortibus vestris : sicuti inter se termines exfinat : et de alio latere coheret ipsa tertia nostra qui nobis memoratas germanas et germano tetigit : de uno capite coheret memorata via publica : et de alio capite terra memorati heredum memorati petri de vona de memorato loco lanceasinum unde similiter responsaticum exiet vobis et at ipsis consortibus vestris : etiam et memorata integra tertia nostra qui nos tetigit abet de longitudine da parte de ipse due petie vestre passi nonaginta : et in alio letere a parte de me-

morata terra memorati leoni cutontium abet de longitudine passi nonaginta duos: et in uno capite a parte de memorata via publica abet de latitudine passi duodecim et due parti de passum: et in alio capite parte de memorata terra memorati heredum quondam petri de vona abet de latitudine passi duodecim et pedem unum: et in media loca habet de latitudine passi duodecim et palmum unum: memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie et memoratum pedem mensuratum at pede de sancta maria hat platea et memoratum palmum at manum iuxta: unde per anc chartulam repromittimus nos memoratas germanas et germano cum consensu et voluntate memoratis viribus nostris et firmamus vobis memorato domino pancrati venerabili igumeno et cunta memorata sancta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et tibi memorato stephano presbytero quia nullatenus presumimus nos aut heredibus nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris aut memorato sancto vestro monasterio aut te memorato stephano presbytero vel tuis heredibus ex ipse due parti vestre que memorato monasterio tetigit ut super legitur querere aut contrare per nullum modum nec per summissas personas nullamque atinventam rationem imperpetuis temporibus etiam et si quobis tempore exieris quabis personas qui vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio exinde quesieris per nos aut per nostris heredibus tunc nos et heredibus nostris personas illas vobis exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem: iterum et modo a die presentis memoratum iudicatum apud vos caubratum remisimus: et apud vos illum caubratum abetis: quamque: et tu memorato stephano presbytero et tuis heredibus ipse due parti qui memorato monasterio tetigit per licerem de memorato monasterio illut tenere et dominare seu frugiare debeatis et in memorato sancto monasterio homni annue ipsum responsaticum dare et persolvere debeatis sicuti continet firmissima chartula que tu in memorato monasterio de ipsum responsaticum factam abes: insuper et memorata integra tertia nostra qui nos tetegit qualiter per memorati passi et mensura nobis superius exegregastis in nostra nostrisque heredibus sint potestate queque exinde facere voluerimus libera semper in omnibus abeamus potestatem: etiam et si quobis tempore exieris quabis personas qui nos aut heredes nostris de ipsa tertia

nostra ut super legitur quesieris per vos aut per posteris seum heredibus vestris vel per memorato sancto vestro monasterio tunc omni tempore vos et posteris seum heredibus vestris nobis nostrisque heredibus illos exinde desuper tollere debeatis absque omni nostra damnietatem : set ipsa tertia nostra : sic abeamus livera et absoluta da die presentis absque omni responsaticum seum censum vel qualivet regula aut qualivet alia dationem non exiet inde per nullum modum : sive per memorato vestro monasterio aut per te memorato stephano presbytero vel per tuis heredibus : sed ud superius diximus liberam illa abeamus potestatem : quia ita nobis placuit : si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et ec chartula promissionis recetatiba ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata indictione † oc signum † manus memoratas personas quod ego pro eis subscripsi † et oc memorati sumus quia nos memoratas germanas et germano pro vice nostra et pro vice et portione sassula germana nostra que infra etate exere videtur †

† ego iohannes subscripsi †

† ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego stephanus curialis testis subscripsi †

† Ego petrus curialis testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quinta decima indictione †

CCCII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quimquagesimo septimo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quimquagesimo quarto: Die vicesima mensis decembrii indictione quinta decima neapoli: Certum est nos sergius in dei nomine eminentissimus consul et dux: A presenti die promtissima voluntate promicto vobis prankatius humilem Igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur kasapicta situm in biridiarium et at cuncta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter quod vos nobis dedistitis ad lavorandum inclitas omnes terras vestras cultas et non cultas. Una cum scapulis et ribis monte et monticellum insimul quantas et quales obbenit in memorato vestro monasterio pertinet aut pertinentes fuerit de loco qui vocatur campilionem. seum et de loco qui dicitur kampana. Una cum arvoribus et introitas hearum et omnibus eis pertinentibus pertinente in memorato vestro monasterio per quovis modum quatenus omnia et ex omnibus memoratis qualiter superius legitur in mea meisque heredibus sit potestatem eos tenendi et dominandi seum lavorandi et ad lavorandum tribuendi fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi omnia que voluerimus. Unde nullam partem aud sorte nobis exinde non queratis aut tollatis per nullum modum: tantumodo ego et heredes meis vobis et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde omni annue per sancte marie de augusto mense in omni transacta dare debeamus tantas modias de bictum de que ibi seminaverimus quanta modias dederint aliis hominibus consortibus vestris qui ibidem terras ad lavorandum detinuerint et quinque modias superflua tractum paratum vonum siccum usque intus memorato sancto et venerabili vestro monasterio mensuratum at modium iustum de comedendum. et pro ipsis silbis vobis dare debeamus in auro tare unum nullam exinde dantes aut mittentes occansionem et sine omni amaricatione: et nullatenus presumetis vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio mihi meisque heredibus exinde aliquod tollere aut minuare per nullum modum nullamque atinventa rationem nec per summissis personis: Dantes et atinplentes ego et heredibus meis omni an- An. 1016.

nue in memorato vestro monasterio omnibus memoratis ut super legitur : et qualem tempore ego aut heredes meis vobis et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare voluerimus licentiam abeamus : Insuper stetit nobis ut si vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio de ipsis terris vestris lavorare potueritis et volueritis clara facta veritatem licentiam abeatis exinde lavorare quantum potueritis. Quia ita sic nobis comvenit : Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostris vobis et in memorato sancto vestro monasterio auri solidos quinquaginta bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata indictione † et oc recordando firmamus ut qualem temporem vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio in quavis de ipsis terris vestris que nobis dedistis ut super legitur hobedientias facere et abere volueritis licentiam et potestatem abeatis absque omni contrarietatem nostra et de nostris heredibus : et oc iterum inquit memoramus ut nullo modo presummimus nos aut heredes nostris aliquod de memoratis terris vestris alicui vel ubique exinde dare aut scriare per concessione at quavis personas per nullum modum : preter ut superius diximus licentiam et potestatem abeamus illos at lavorandum dare cuique voluerimus. Dantes in memorato vestro monasterio posterisque vestris per omni annue in memorata festivitate dare debeamus ipsum bictum et memoratum tare ut super legitur...... alia manus

† Sergius consul et dux subscripsi †...... alia manus....

† Ego petrus filius domini mastali testi subscripsi †..... nam testis.....

† Ego sergius scriniarius....... iterum testis....

† Ego gregorius latiaro...... similiter testis....

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per memorata indictione ...... alia manus....

† Ego sergius primarius curie huius civitatis neapolis hec exemplarie chartula promissionis sicut superius legitur quem eius authentica nobis at duxit domino iohanne venerabili presbytero et rector memorati monasterii sancti sevastiani pro ista exemplaria faciendum in memorato monasterio ex ipsa authentica relevata et a singulos relectas pro ampliorem eius fir–

mitatem manus proprias subscripsi in die undecima mensis magii indictione quinta †

† Ego leo tabularius curie huius civitatis neapolis hec exemplarie chartula promissionis sicut superius legitur quem eius authentica nobis atduxit dominus iohannes venerabilis presbytero et rector memorati monasterii sancti sebastiani pro ista exemplaria faciendum in memorato monasterio ex ipsa authentica relebata et a singulos relectas pro ampliorem eius firmitatem, manus propria subscripsi in die undecima mensis magii indictione quinta †

CCIII.

An. 1017. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo septimo sed et constantino die septimo mensis ianuarii indictione quinta decima neapoli: Certum est me iohanne presbytero filio quondam stephani presbyteri: ego autem pro bice mea et pro bice leoni uterini germani mei abitatoribus autem in loco qui nominatur miana hat actone foris flubeum: A presenti die promtissima voluntate promictimus bobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium; et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra terra vestra que vocatur ad illa fossa posita in memorato loco foris flubeum quantum est arbustatum: una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: coherente sibi et a foris ipsum flubeum vestre et ribum vestrum qui nominatur de iohanne reserbastis potestate pro illa escas: et de alia parte coheret illa esca quomodo aqua exfinat. etiam et ipsum ribum cum ille scapule in vestra reserbastis potestatem: de uno capite a parte de illum montem vestrum coheret terra vestra memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate: et ex alio capite in pedem ex ipsa terra vestra ex terra heredum quondam babitto pacum: quas vero memorata integra terra vestra iuris memorati vestri monasterii qualiter per coherentias illos exegregabimus ut super legitur mihi memorato iohanni presbytero et at memorato leone germano meo et at nostris propriis heredibus illos dedistis in colligio at laborandum at detinendum: in eo tenore ut abto tempore nos et propriis nostris heredibus illos vene et diligiter laborare et escolere et at meliorem cultum perducere cum bobes nostros et conciaturias et omnia expensa caucu ni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris ut merueris et ipsi arbores trappare et propaginare seum potare debeamus quomodo merueris: et quodcumque omni annue ibidem fecerimus in quolibet se-

minatum que ibidem seminaberimus in nostra nostrisque propriis heredibus sint potestate unde nullam vobis exinde queratis aut tollatis: et desuper quantum binum ibidem omni annue nobis dominus deus dederit mundum et saccapannas tunc dibidamus illos inter nobis per medietate: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietate; et nos et nostris propriis heredibus similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra nos et propriis nostris heredibus vobis vestrisque posteris omni annue traere debeamus usque ad illa obedientia vestra sancti basilii de nonnaria sine omni ammaricatione: et nos et propriis nostris heredibus omni annue illos vendemiare debeamus

vinum at bibendum et untu pro condiendum at ipsis operariis qui ibidem bendemiaverint

et per vindemias duas personas vestras nutrire debeamus quomodo iustum fuerit dum in unum bindemiaberimus: et quantas castanees et insertes omni annue ibidem per tempore abuerit dibidamus illes inter nobis nostrisque posteris seu heredibus per medietate et ipsa medietate vestra vobis traere debeamus usque at ipsa obedientia: et nos et propriis nostris heredibus illos colligere debeamus: et quando ibidem glandes abuerit anbas partes illes colligere debeamus et dibidamus illes inter nobis nostrisque posteris seu heredibus per medietate: et ipsa medietate vestra vobis vestrisque posteris traere debeamus intus illa obedientia vestra: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio. nobis nostrisque propriis heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: vene nos et propriis nostris heredibus illos laborantes et omnia memorata adimplentes

actamen stetit inter nobis ut si vos aut posteris vestris post meum

leone germano meo ipsa terra super nos laborare potueritis clara facta veritate absque omni colludio licentiam. abeatis post nostrum obitum illos tollere at ipsis nostris propriis heredibus et illos super vos laborare debeatis: et si in parte at laborandum illos at dare abueritis vos et posteris vestris illos dare debeatis post nostrum obitum at ipsis nostris propriis heredibus in memorato placito ut super legitur: et si illos volueris laborare licentiam abeatis illos dare cui volueritis: et quandoque nos et ipsis propriis nostris heredibus illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare arbustatum et vitatum cum omni sua melioratione: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus

de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quintadecima indictione hoc signum † manus memorato iohanne presbytero: pro bice sua et pro bice de memorato leone germano suo quod ego pro eis subscripsi †....... alia manu.......

† Ego gregorius scriniarius testis subscripsi †..... nam testis......

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ..... Iterum testis.....

† Ego stefanus scriniarius..... similiter testis......

† Ego sergius tabularius complevi et absolvi per memorata quintadecima indictione †..... eadem manu.....

† Ego petrus primarius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria chartula sicut superius legitur quam eius authentica nobis direxi domini bitali igumeno memorato monasterio pro ista exemplaria facienda a memorato monasterio ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi imperante domino nostro alexio magno imperatore anno primo: die vicesima sexta mensis februarii indictione quinta·†

† Ego stephanus tabularius. curie uius civitatis neapolis hec exemplaria chartula sicut superius legitur quam eius authentica nobis direxi dominus bitalis igumeno memorato monasterio. ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta. pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. imperante domino nostro alexio magno imperatoro anno primo die vicesima sexta mensis februarii indictione quinta †

CCIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo quinto: die vicesima quinta mensis februarii indictione prima neapoli: Visa itaque fuistis tu videlicet domina anna venerabili abbatissa monasterii sancti gaudiosi ancillarum dei: una cum cumtas et venerabiles vestras congregationes monacharum memorati vestri monasterii: daretis mihi videlicet gregorium filium quondam petri neapolitanum abitator intus kastello de cicala situm vero at nola: at censum detinendum per chartula: idest sexuncias vestras parti vestre militie iuris pertinente memorati vestri monasterii ex integra dua fundoras unum qui nominatur de paulinum qui ponitur intus curte domnica halium qui nominatur de roiulum ipsius territorio nolano una cum sexuncias vestras parti vestre militie de omnes terras cultas vel incultas longinquis vel propinquis sive in monte vel in planum quantum ad ipsas sexuncias vestras parti vestre militie de memorata dua fundoras pertinentes qualiter et quomodo continuit ipsa chartula que tu mihi exinde fecistis que vero ipsa chartula perditas abemus: unde alia et simile chartula ego vobis factas abeo: modo vero placuit mihi et vobis ut iterum rumperemus omnem placitum et ordine quem ipse chartule continuit et abrenumtiaremus vobis ipsas sexuncias vestras exinde de qua primum omnium ego memorato gregorio per anc chartulam repromitto vobis memorata domina anna venerabilis abbatissa. et at memorata vestra congregationes monacharum memorati vestri monasterii: quia numquam presummo ego aut heredes meis. nec abeamus licentia aliquando tempore vos aut posteras vestras memoratoque vestro monasterio de memoratas sexuncias vestras parti vestre militie de memorata dua fundoras et de memoratas omnes terras ex eas pertinentes cum homnibus eis pertinentibus exinde querere per nullum modum nec per summissas personas in perpetuum: set in vestra vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio sint potestate *cuique* at censum dandi vel qualiter exinde facere volueritis: et ipsa chartula que ego vobis exinde fecit aput me cabsata posuistis: Insuper promicto vobis: ut omni tempore ego et heredes

An. 1017.

meis vobis vestrisque posteras memoratoque vestro monasterio exinde desuper tollere debeamus omnes omines omnique personas qui pro bice nostra et de nostris heredibus vos aut posteras vestras memoratoque vestro monasterio exinde at querendum benistis absque omni vestra posterasque memoratoque vestro monasterio qualibet damnietate nullam vobis mittentes occansionem: et si quale tempore ipsa chartula que vos mihi exinde fecistis que perditas habeo imbenta dedistis sive aput me vel aput meos heredes aut aput alias quabis personas: tunc modis omnibus sint inanis et bacua ut nullam in se abeat qualibet roborem firmitate: set ego et heredes meis vobis vestrisque posteras et in memorato vestro monasterio eas tacitas et bacua facere deveamus: quia sic inter nobis placuit: Si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis et at posteras vestras memoratoque vestro monasterio auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis scribere rogatus per memorata prima indictione †

hoc signum † manus memorato gregorio quod ego qui memóratos pro eum subscripsi †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego stephanus Curialis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata prima indictione †

CCCV.

✝ In Nomine Domini Dei Salvatoris Nostri Ihesu Christi. Guaimarius et Iohannes divina largiente clementia langubardorum gentis princeps. Quoniam a deo nobis concessum est cunctus populus nobis subiectus. et ex ipsis secundum dei mandatum. magis curam. atque vigilantiam habere debeamus. set maxime ecclesiarum. et monasteriarum ubi die noctuque dei laudibus semper personant. et de quorum preces. sedule ad deo fundentes. nos et patria nostra salvos persistimus. Quapropter pro amore omnipotenti deo. eiusque genitricis virginis marie quam et pro salvatione gentis. et patrie nostre. nostreque remedium anime salutis. Concessimus vobis domini benedicti qui dauferius vocatur sanctissimo abbati monasterii sancte marie ubi dicitur ad ilice oratori nostro integrum iamdictum monasterium quod vos a nobo construxistis fundamine in propria rebus vestra. Ideo ut dictum est integrum ipsum monasterium. cum ecclesiis et casis. et cellis. cum solo terre. et sedimen suum cum curtis. ortalis. servis. et ancillis. et omnis ipsa rebus que continet preceptum. quod iam antea vobis fecimus. nec non. et cuncta alia rebus. quod vos postmodum parastis. et quod in ipso monasterio quomodocumque pertinentes est aut fuerit. totum et inclitum illud vobis concessimus ea ratione ut omnibus diebus vite tue predictum monasterium cum ea que prelegitur. et ceteris omnibus suis. et vestris pertinentiis in tua sit potestate. ordinandum ibi abbatem. qualem tu volueris. et ille abbas quem tu ibidem ordinaveris. similiter ad suam illud habeat potestatem diebus vite sue illud tenendum et dominandum sicut et vos. post vero amborum hobitum semper sit in potestate congregationis que in ipso monasterio fuerit eligere et ordinare sibi abbatem quale voluerit secundum regulam. sancti benedicti. et pars nostre rei publice et nullam dationem exinde tollat. Si vero quacumque tempore pars predicti monasterii de rebus. contentio habuerit. non ponantur ei iudicium pars nostre rei publice ut quis per possessionem rebus de ipso monasterio auferat et si forsitans quacumque tempore pars predicti monasterii sacramentum de quacumque rebus dare debuerit concedit pietas nostra ut non iuret exinde. nec abbas nec monachus eiusdem monasterii set semper sacramentum quod pars predicti monasterii iurare

An. 1017.

debuerit eius scariones ipsum persolvat. Bestiis quoque. et animaliis. simul et peculiis iamfati monasterii potestates habeant cum pastoribus illorum simul et porcos andare. et pavere per omnes silvas. et pascuas de cuncto principato nostro salernitano et comitato comsino qui nostro principatui subiectus est. et nullus mortalis homo ausus sit quacumque in ipsis facere molestationem. set neque erbaticum. neque glandaticum neque nulla datione nullus exinde tollantur. et ubique per cuncto nostro principato. sive intus civitatibus vel castellis seu foras pars predicti monasterii quacumque rem comparaverit vel venumderit non siat exinde tultum plateaticum nec ab ipsum qui emerit nec ab eo qui venumdederit. quacumque enim homo aliqua compellatio. de quacumque rem adversus pars predicti monasterii preposuerit. et noluerit pars predicti monasterii exinde ad legem stare. nisi in isto sacro nostro palatio. ante nos vel ante principes posteros nostros. non imponantur hic virtutem nec eum inde molestentur. set veniant hic semper ante nostris vel de nostris posteris principibus presentiis. et faciant ad legem hominibus aut liberis qui ex rebus predicti monasterii residentes sunt aut fuerint. et rebus propria non habuerunt vel habuerint quando in ipsis rebus prefati monasterii introierunt. vel intraverint. non deant aut faciant in partibus nostre rei publice nullum servitium. aut censum. et angaria. seu cuncta servitia. et angaria. et dationes. quod in publicum facere. et persolvere debuerint. in ipso monasterio illud deant. faciant et persolvant. et nullo in tempore pars nostre rei publice predictum monasterium vel de rebus eius pertinentes cuicumque in beneficium deat. neque episcopi nec laice personis. set semper liberum in suo permaneat vigore. quod si forsitans quicumque homo quacumque fecerit culpa. et in ipso monasterio se iactaverit. neque pars nostre rei publice. neque nullus penitus homo ipsum exinde per vim abstraat. Si enim quacumque gens qualibet rixa cum nostro principatu vel cum iamdicto nostro subiecto comitatu comsino habuerit. et pars predicti monasterii potuerit se cum gens ipsa pacificare potestates habeant. sic tamen ut semper ad nostram. et de nostris posteris principibus persistant fidelitatem. quam etiam placuit pietati nostre. et concessimus in eodem monasterio. ut quando abbas vel monachus inde in hanc urbem salernitana advenerit .... faciamus illorum dare alipergum et refectionem illorum. et ad animaliis illorum ut sufficiat illis. Seu et con-

cedimus in prefato monasterio omnes servos cum uxoribus suis libere femine que modo habunt. vel quod in antea sibi sociaverint. ut sicut legibus nostri sacri palatii sunt. vel fuerint pertinentes cum filiis et filiabus suis..... habeant pars ipsius monasterio. Hec omnia suprascripta tibi qui supra benedicti qui dauferius vocatur sanctissimo abbati. et ad posteros tuos et in iamdicto monasterio concedimus ea ratione ut amodo et deinceps per hoc nostrum roboreum preceptum omnia et in omnibus que superius legitur pars eiusdem monasterii et eius rectores firmiter...... et habeant et possideant. et inlesi exinde permaneat et a nullo ex nostris iudicibus. Idest Comitibus. castaldeis vel a quibuscumque agentibus habeat exinde aliquando .... Set omni tempore. ut prelegitur firmissime habeat. et faciat exinde omnia que illorum placuerit. Quod vero preceptum concessionis .... scripsi ego acceptus diaconus et scriba palatii. in sacro salernitano palatio. de anno vicesimo octabo principatus supradicti domini guaimarii.................... gloriosis principibus.

DE MENSE FEBRUARIUS QUINTADECIMA INDICTIO

CCCVI.

An. 1017. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo octabo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno quinquagesimo quinto: die nonadecima mensis magii indictione prima neapoli: Merissis divisionis facta ha me martino filio quondam stephani primicerii qui cognominabatur perna havitator autem in loco qui vocatur capitinianu quod est foris flubeum territorio plagiensi. De integras duas terras iuris monasterii sanctorum marcellini et petri puellarum domini quas ego memorato martino per chartulam ad pastinandum adpreensi da quondam domina drosu venerabili abbatissa memoratis monasterii una cum cuncta illarum congregationem monacharum memorati sancti et venerabilis eius monasterii. una bero terra que vocatur ad pratu et alia que nominatur ad robore insimul et de alia una petia de terra iuris ipsius monasterii que vocatur nobiscula insimul. constitutas vero in memorato loco capitinianum quem ipsa abbatissa mihi ad pastenandum dedit per alia chartula quas mihi fecit de integras duas fundoras et de alium quas ipsa alia chartula continet iuris memoratis monasterii. ut ego ipsa alia petia de memorata pastenare et sic dividere illam sicud divideremus memoratas duas terras ut ipsa alia chartula continet. quas ego memorato martino eas dividere bisus sum in quintam partem. inter me et bos videlicet domina musanda venerabilis abbatissa memoratis monasterii et cuncta sancta vestra congregationem monacharum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii hunde vobis exinde pertinet partes tres. pro ipso sancto vestro monasterio et nobis exinde pertinet partes duas pro ipsa nostra pastenationem sicud ipsa chartula pastenationis mee continet. Hunde tetigit exinde in ista prima portionem bos memorata domina musanda venerabilis abbatissa et cuncta sancta vestra congregationem monacharum pro vice memorati sancti vestris monasterii pro ipsas tres partes vestras quas vos adunatum tollere debetis pro memorato sancto vestro monasterio. IDest prenominata integra terra que vocatur ad pratum qui est de uno latere iusta terra de illi moncola. et de alio latere iusta terra memoratis vestris monasterii quem ad pastenandum tenuit iohannes pullarulo qua-

liter terminis exfinant. de uno capite est iusta alium arbustum vestrum memoratis vestris monasterii quem ego una cum memorato iohanne ad laborandum tenere bideor. de alio capite terra ecclesie diaconie sancte marie cosmidi de qua reliquas memorata terra que vocatur ad roboretum qui est de uno latere iusta terra memorate diaconie et de alio latere iusta terra monasterii sancti pauli catholice maioris. de uno capite iusta terra heredes domini stephani curialis et de alio capite iusta arbustu sparani thii mei. huna cum memorata alia petia de memorata terra que nominatur nobiscula qui est de uno latere iusta terra memoratis monasterii sancti pauli catholice maioris et de alio latere iusta bia pubblica. de uno capite iusta holibetum heredum quondam domini leoni caputi et iusta terra de illi faciemala et abinde quomodo badit in bela in memorata bia publica: quas ad bicem tetigit in portione secunda me memorato martino pro memoratas duas partes meas ex ipsa pastenationem. set bos mihi refusistis super ipsas duas partes meas qui me tetigit pro duas quartas quas ego minus abeo de ipsas duas partes meas quem bos superflum abetis in ipsa terra qui bos tetigit pro ipsas tres partes vestras Idest auri tari sex. Hec vero portio prima qualiter bos hic tetigit pro memorato vestro monasterio ut super legitur una cum arboribus fructiferis vel infructiferis seu cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus. tantummodo homni temporem bos et postera vestras memoratas duas partes meas qui me tetigit mihi meisque heredibus exinde in omnibus antestarem et defensare debeatis ut ipsa chartula pastinationis mee continet: nam etsi ego aut heredes meis ipsas tres partes vestras tenere et laborare voluerimus licentiam abeamus ut ipsa chartula pastenationis mee continet: et si forte ante et ego aut heredes meis ipsas duas partes meas qui me tetigit ut super legitur a dare abuerimus per quovis modum tunc vobis posterasque vestras memorato vestro monasterio illut dare debeamus in pretium sicuti adpretiatum fueris a christianissimis biris si volueritis sin autem in nostra sit potestatem dandi cui voluerimus: nam et si vos aut posteras vestras ipsas tres partes vestras qui bos tetigit ut super diximus ad dare abueritis per quobis modum tunc mihi meisque heredibus eas dare debeatis in ipsum pretium sicuti adpretiatum fueris a christianissimis biris si voluerimus sin autem im vestra sint potestatem dandi cui volueritis sicud ipsa chartula pastenationis mee continet: Het qui te de hanc merissis divisionis

ut super legitur retornare volueris aut in aliquid hoffensis fueris per quobis modum aut summissas personas tunc componat pars infidelis a partem fidem bserbantis eiusque heredibus seu posteras auris libra una bythiantea. et hec merissis divisionis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis scribere rogatus per indictione memorata prima † hoc signum † manus memorati martini. signum † manus memorata musanda abbatissa. signum † manus drosu monaca hoc signum † manus maria monaca. signum † manus visantia monaca ipsius congregationis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego gregorius scriniarius: testi subscripsi †

† ego sergius filius idem domini sergii testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCCVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo septimo: sed et constantino magno imperatore fratre eius anno quinquagesimo quarto Die vicesima prima mensis iunii indictione quintadecima neapoli: Ideoque ego petro qui nominatur paramitromeno filio quondam domini marini. tecum denique domino martino venerabili presbytero custus vero ecclesie sanctorum cosme et damiani de vico qui vocatur posulum qui et armentariu dicitur. de altercatione que inter nos habuimus. propter finie qui est inter terra mea qui est a parte septentrionis. et inter terra tua qui est a parte meridiana. posita vero in loco qui vocatur septitum ad sanctum sossium. unde te quesibi dicendo pars mea. ut tu prebaricasset ipsa fine qui fuit inter memorata terra mea et inter ipsa terra tua hoc est a fine de secundo termine qui est fictus a parte horientis inter iamdicta terra mea et inter memorata terra tua et qualiter badit usque. ad tertium termine que est fictus a parte hoccidentis iusta terra domini sergii gruccia anima. et introisset intus memorata terra mea. pars autem tua hasserebat ut omni tempore sic fuisset finis inter memorata terra mea qui est a parte septentrionis et inter memorata terra tua qui est a parte meridiana quomodo exfinat sepis qui modo ibidem est seum et unum termine que ibidem fiximus inter memoratum secundum termine qui est fictus a parte horientis et inter memoratum tertium termine qui est fictus a parte hoccidentis iusta ipsa terra memorati domini sergii gruccia anima. et sic illut autor tuus et tu illud tenuistis et dominastis per quadraginta annos: et dum taliter altercassemus iudicatum est exinde inter nobis ut pars tua mihi prebere sacramentum et dicente mihi ut omni tempore sic fuisset finis inter memorata terra mea qui est a parte septentrionis et inter memorata terra tua qui est a parte meridiana. qualiter ipsa sepe qui modo ibidem est et memoratus termine qui ibidem fiximus inter memoratum secundum et tertium termine qui ibidem de antea fictos fuerunt exfinant. et sic ipse autor tuus et tu illud tenuistis et dominastis per quadraginta annos. ego autem ponere tibi exinde securitate. IDeoque et impresenti recepi a parte tua memoratum sacramentum dicente mihi ut superius hasseruisti et

An. 1017.

definibi exinde tecum in omnibus et amodo et semper sic fiat finis inter memorata terra mea qui est a parte septentrionis et inter memorata terra tua qui est a parte meridiana qualiter ipsa sepe qui modo ibidem est et memorato termine que ibidem fiximus inter memoratum secundum et tertium termine qui ibidem de antea fictos fuerunt exfinant absque. omni mea vel de meis heredibus qualibet contrarietatem vel requesitionem imperpetuum. et si quavis personas te aut heredes tuis exinde quesierit aut contraherit per me aut per meis heredibus tunc ego et heredes meis tibi tuisque. heredibus exinde desuper tollere debeamus absque. omni data occansionem: Quia ita inter nobis iudicatum est: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartula securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque. heredibus auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula securitatis qualiter continet sit firma: scripta per manus petri curialis scribere rogabi per indictione memorata quintadecima † Hoc signum † manus memorati petri qui nominatur paramitromini quod ego qui memorates ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini marini testi subscripsi †

CCCVIII.

Christe fave

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno quinquagesimo quinto: die nona mensis decembrii indictione prima neapoli: Certum est me gregorium filium quondam petri de iubinum qui fuit de loco qui vocatur patruschanum et modo avitare bideor intus castello puteolano: A presenti die promitto vobis domino stephano venerabili abbati monasterii domini et salvatoris nostri ihesu christi insule maris: et cunta vestra congregatione monachorum memorati vestri monasterii: propter integras duas terras vestras pertinente memorati vestri monasterii posita vero in loco qui vocatur trispide territorio puteolano: ex quibus una terra que vocatur at triperule: quod sunt modias quattuor. et quartas octo. et alia terra que nominatur at corrigie de sanctum theodorum cum egripas suas. et sunt media septem ex ipsa egripas seu et propter integras tres modia et quartas septem terre ex integrum campum vestram pertinente memorati vestri monasterii positum vero in memorato loco trispidi. oc est iusta ipsa terra que vocatur at ille corrigie que vocatur de sanctum theodorum. quamque et propter integra terra vestra iterum pertinente memorati vestri monasterii que appellatur at caballara posita vero in memorato loco quod sunt modias quattuor et quartas duas et media insimul mensuratum at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. utraque cum arvoribus et introitas suas omnibusque eis pertinentibus. quas mihi meisque: heredibus dedistis in colligio at lavovorandum et detinendum. In eo enim tenore ut debeam ego et heredes meis illut omni annuo apto tempore subtus et super bene et diligenter lavorare et excolere seu at meliorem cultum perducere promittimus in omnibus bene ut expedit cum nostros vobes et conciaturias et operarios et subta vel omnia expensa cacuminas et vites ibidem ponendi et plantandi quantas ibidem per annuo sufficerint. et de nostra semmente eos seminandi potare vero et desramare iusta rationem seu albaciare et propagінandi et fines eius per

circuitum defendendi omnia et in omnibus queque ibidem per annuo necessum fuerit et indiguerit ego et heredes meis illud facere et peragere debeamus at omni nostro expendio. et quodcumque mihi meisque: heredibus per annuo deus dederis ibidem in quolibet seminatum super nos nobis illud tollere et habere debeamus. unde nullam partem nobis exinde queratis. preter omni annuo per estate ego et heredes meis vobis posterisque vestris et in memorato vestro monasterio dare debeamus terraticum. Idest triticum modia septem et quartas septem et media et alia septem modia et quartas septem et media quale volueritis tollere per annuo sibe ordeum vel mileum insimul bonum siccum tractum et mensuratum usque intus ipso castello vel at litum maris ex ipso castello gratis mensuratum at modium iustum de comedendum asque omni amaracationem. vinum vero quantum omni annuo ibidem deus dederis at palmentum vestrum ex ipso loco trispidi mundum et saccapanna per sexuncias inter nobis dividere debeamus vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio exinde tollere debeatis medietate. et ego et heredes meis alia medietate exinde. preter quantum grecum ibidem per annuo deus dederis super vos vobis illud tollere et habere debeatis. et at vicem tollere debeamus de communi pro ipsum grecum binum mustum mundum alium tantum. set nos ipsa tota bindemia illa bindemiare debeamus at nostrum expendium. binum vero at bibendum at ipsis operariis qui bendemiaberis de communi exinde exire debeas portione vero vestra qui vos posterisque: vestris ex ipsum binum mundum et saccapanna seu grecum exinde tetigerit ut super legitur ego et heredes meis vobis posterisque vestris exinde illut trahere debeamus usque: at illa plagia de obserara gratis. et ipsa portione vestra ex ipsum binum mundum et saccapanna et grecum ego et heredes meis vobis posterisque: vestris illut conserbare debeamus in organeis nostris usque in dies tres. et quandoque tempore vos aut posteris vestris ibidem at recolligendum direxeritis per ipsa vindemia duas personas vestras ego et heredes meis enutrire debeamus ut iustum fuerit. et omni tempore ego et heredes meis. una cum benedicto et petro et cum mari et bono germanis portionaris vestris qui sunt de castello cummano et cum illorum heredibus abere debeamus ipsum palmentum vestrum fravitum et subscetorium suum coopertum at nostrum expendium. et si aliquod at conciandum habuerit ipsum palmentum et subscetorium vos illut

conciare debeatis at vestrum expendium. set ipsum magistrum qui ipsum palmentum conciaberis ego et heredes meis et cum ipsas nominatas personas et cum illorum heredibus eum enutrire debeamus ut iustum fuerit. et dum ipsum palmentum et subscetorium at conciandum habueritis nos vobis ibidem atiubare debeamus. et quale annuo illut potaberimus ipsa ligna quem inde potaberimus in vestra sit potestate. et nullatenus presummetis vos vel posteris vestris nec habeatis licentiam memoratis terris vestris sicuti per ipsa mensura est qualiter superius legitur mihi meisque: heredibus tollere per nullum modum. bene et diligenter ego et heredes meis eos lavorantes et omnia memorata. adimplentes qualiter superius diximus. et quandoque ego aut heredes meis vobis posterisque: vestris memoratoque vestro monasterio illut abrenuntiare voluerimus cum omnes eius meliorationes licentiam et potestatem habeamus. si tunc illut bene fuerit arbustatum et vitatum ut iustum fuerit. verumtamen si quidem iohanne germano meo ad avitandum benerit intus memorato castello puteolano ut ibidem avitaberis statimque debeat ipse iohanne germano meo lavorare memorata terra que vocatur at caballara que superius mihi dedistis at lavorandum cum ipsis aliis terris vestris ut super legitur in omnem ordine et rationem qualiter mihi superius illud dedisti. tantummodo ut si vos vel posteris vestris ibidem obedientiam feceritis aut si super vos lavoraberitis licentiam et potestatem habeatis nobis nostrisque: heredibus illut tollere. set de plenum nec de legumenatum nobis exinde non eiciatis. Quia ita nobis stetit: Si autem nos vel heredes nostris quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque: vestris et in memorato vestro monasterio auri solidos sedecim bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus leoni curialis scribere rogatus per indictione memorata prima † hoc signum † manus memorati gregorii quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego athanasius filius domini iohanni testi subscripsi †

† ego petrus filius domini stephani testi subscripsi †

† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCCIX.

An. 1018. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. temporibus domini sergii gloriosi ducis et imperialis patricii anno septimo decimo. et quarto anno domini iohannis gloriosi ducis filii eius. die quinta decima mensis magii indictione prima amalfe. Certum est me iohanne presbyter filio domini petri presbyteri de sancto iohanne de aquola. a presenti die promtissima voluntate scrivere et firmare visi sumus vobis iohanni filio ursi de maurone. quam et vobis iohanni et mauro germanis filii leonis rogadeum. nec non et vobis sergio et urso et iohanni et boni germanis filiis quondam stefani de urso maurone. similiter et vobis iohanni et urso filii ursi mucilo. et maurum filiis constantini de rosa. et urso mastalo seu mauro genitorem et filio. et leoni filio mauri deiusto. quam et vobis constantino filius iohannis deiusto. et constantino filio leonis mastatola. et vobis urso et mauro filio sergii pironti. seu et vobis leoni rogadeum. et urso filius sergii de mauro rogadeum. et leoni filius mauri de eufimia. qui estis parentes et commanentes de loco rabelli. hanc chartulam venditionis et quod inspirante domini clementia. placuit vobis fabricare et dedicare ecclesia ad honorem beati iohannis precursoris domini atque baptiste in eodem loco rabelli pro redemptione animabus vestris cepistis nobis loqui. ut si vobis venderemus ipsum insertetum quod habuimus ividem in loco rabelli at toranum propria de ipse ecclesie vestra sancti iohannis ividem suprascripta hecclesia faceretis. et tota ipsa terra de suprascripto inserteto in predicta hecclesia daretis. quapropter et nos considerantes vestram bonam voluntatem. et considerantes iterum quod melior eveniret at pars nostre hecclesie predicte sancti iohannis si vobis vendiremus predictum insertetum ut ividem suprascriptam hecclesiam faceretis et de ipsis solidis pararemus aliam hereditatem ad predictam hecclesiam nostram sancti iohannis. quam si ipsum predictum insertetum haberemus et frugiaremus. ideo a presenti die et tempore prona atque spontanea volumtate. Venumdedimus atque et in presenti cessimus et contradidimus vobis omnibus suprascriptis parentibus et consortes suprascripte hecclesie. idest plenarium et integrum ipsum iamdictum insertetum nostrum et vinea quam et terra bacua tota uno teniente ividem in rabelli positum in predicto loco torani.

qui nobis obbenerunt pro parte predicte hecclesie nostre sancti iohannis de aquola. et sancti petri apostoli de serea. et reclaramus vobis exinde ipsas fines qualiter et quomodo eos habere et possidere debeas. a supra namque ponitur fini ipsa via puplica et viam exinde habetis de subtus itaque ponitur iterum fini via puplica et plenarius ipse murus fabritus vester siat. de uno vero latere a parte meridie fini fintuli eredibus leonis mannarola usque ad ipsum angulum et ad ipsum predictum angulum rebolbet inde a meridie per pedem de ipso leone de mannarola et badit usque in fines de iohanne lamberto quod comparavit a sergio ferraci. et iam per finem de sergio ferraci descendet usque in via puplica per ipsos termines sabucos qui ividem sunt positi : et de alio latere a parte septentrionis fini ipsos termines sabucos quos posuimus inter istud et causa leoni franco: et expedicata eius finem descendet per finem de urso cunso usque in finem de leone filio sergii a turello. et per fine de suprascripto leone descendet usque in pedem in ipsum sabucum grossum qui est in caput de ipso muro de suprascripto leone filio sergii a turello cum salve vie sue et omnia infra se habentibus unde nihil vobis exceptuavimus et unde nobis ividem aliquod non remansit. Chartam exinde non habuimus quam vobis exinde daremus. quia ab antiquis temporibus eos habuimus et dominavimus nos et nostris parentibus cum suprascripte hecclesie. et firmavimus vobis ut si aput nos et nostros heredes charta exinde fuerit imbenta qui siat propria de heo quod vobis vendivimus. mittamus eam at potestatem vestram et de rectoribus suprascripte hecclesie vestre sine vestra damnietate et de hredibus vestris. Unde accepimus a vobis exinde plenariam nostram sanationem idest aureos solidos nonaginta septe ana tari quattuor per solidi sicuti inter nos convenit. Unde comparavimus at vicem in suprascripta hecclesia nostra sancti iohannis ipsum insertetum de transmonti de domino sergio filio sergii de maurone comite in omnem deliberationem et in omnem decisionem. Ut a nunc die presenti et in perpetuis temporibus. plenaria suprascripta hereditate. sicut per fines ex omni parte vobis eam reclaravimus. cum omnibus infra se habentibus sit in potestate vestra et de rectoribus suprascripte hecclesie vestre sancti iohannis. at habendum et possidendum frugiandum et dominandum. in perpetuum. et pro hutilitate suprascripte hecclesie vestre faciendum exinde vos et heredes vestri omnia que volueritis sine omni nostra et nostris heredibus contrarietate aut aliquam

requesitionem insuper nos et heredes nostri vobis et at heredibus vestris seu at rectores iamdicte hecclesie vestre. omni tempore ab omne homine omnique persona extranea vel de genere nostro eos antestare et defensare promittimus. Quod si minime vobis exinde fecerimus. obligamus nos et nostros heredes. at componendum vobis et in predicta hecclesia vestra sancti iohannis aureos solidos ducentos bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma in perpetuum. Charta exinde si inbenta fuerit aliquando aput qualemcumque persona. qui siat propria de ista predicta hereditate quam vobis vendivimus. et non eam nos et nostri heredes miserimus at potestatem vestram et de heredibus vestris sine vestra damnietate tunc. damnum qualem exinde vobis venerit aut at predictam hecclesiam vestram. restaurare vos promittimus in dupplo de ipsis nostris hereditatibus et substantiis. quia sic nobis stetit. Ego guttus scriniarius scriba testis sum.

† ego iohannes filius leonis de gutto testis sum † ego leo filius musco de sergio comite testis sum † ego iohannes filius leonis de consule de leone comite testis sum:

† manso filius leonis de constantino de leone comite testis sum:

† Ego constantinus presbyter et scriva huius civitatis amalfi. hanc chartam venditionis rogatus a suprascripto iohanne presbytero manu propria scripsi.

CCCX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo nono: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo sexto: die vicesima quinta mensis aprilis indictione secunda neapoli: Certum est me stephanum filium quondam petri de grimmum: a presenti die promitto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum fundum vestrum positum in loco qui vocatur paternum at sanctum petrum: una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum palmenta fravita cum subsetoria sua et cum pischina intus se et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere terra de illi raviniani et fundum heredum domini petri filio domini basilii: sicuti inter se sepis et termines exfinat: et de alio latere terra heredum de illi medici sicuti inter se sepis exfinat: de uno capite est fundiciolum heredum de illu scannaiudeum sicuti inter se sepis exfinat: seum et in ipso capite est via communale: et a foris ipsa via est terra vestra que in vestra reservastitis potestatem: et de alio capite coheret iterum terra vestra que in vestra reserbastitis potestatem: sicuti inter se sepis exfinat: quas vero memoratum integrum fundum vestrum ut super legitur mihi meisque propriis heredibus dedistis in colligio at lavorandum at detinendum: in eo enim tenore ut abto tempore ego et propriis meis heredibus illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliorem cultum perducere debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et vites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris et sicut iustum fueris: et ipsum arbustum potare et propaginare et ipsi arvores trappare et conciare debeamus quomodo iustum fueris et merueris: et omni annue de nostra semente illos seminare debeamus: et quodcumque nobis dominus deus dederis omni annue in quolibet seminatus que ibidem seminaberimus in nostra sit potestate unde nullam nobis exinde tollatis: tantummodo homni annue ego et propriis meis

An. 1019.

heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde terraticum dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense idest triticum modia dua : et mileum modia dua : insimul bonum siccum tractum paratum usque intus memorato sancto vestro monasterio mensuratum at illum modium vestrum cum que tollere soliti exstis omni annue de ipse alies terres vestres que habetis in memorato loco paternum de illis aliis portionariis vestris sine omni amaricatione : et si plus fueris memoratum fundum vestrum de quatuor modia de terra per passi tunc quantum superfluum ibidem inveneritis per ratiocineas de ipsum superfluum plus terraticum vobis superiungere debeamus : et desuper quantum binum omni annue ibidem nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate : vos et posteris vestris medietate : et ego et heredibus meis similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigeris vos et posteris vestris illos exinde traere debeatis quomodo potueritis: et ego et heredes meis illos vindemiare debeamus at omni nostro expendio: binum at vibendum at ipsis operariis qui ibidem vindemiaberis comuniter demus : et ipsa sorte vestra servare debeamus in organeis nostris dies tres : et per vindemias duas personas vestras nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum bindemiaverimus : et quantas melas omni annue ibidem habueris ego et propriis meis heredibus illas colligere debeamus et dividamus illas inter nobis in quintam partem : vos et posteris vestris exinde tollere et levare debeatis partes tres : et ego et meis propriis heredibus parti due : et illes nuces cum illas alias fructoras dividamus omni annue per medietate : et ipsa medietate vestre de ipse nuces et de ipsas alias fructoras et ipse parti vestre de ipsas melas vos et posteris vestris vobis illas exinde trahere debeatis : et ipsa pischina et unum ex ipsa palmenta omni tempore cum subsetorium suum ego et meis propriis heredibus conciare debeamus at omni nostro expendio : dum ipsum fundum : tenuerimus et ipsa pischina mondare debeamus quandoque necessum fueris : et ipsum palmentum cohoprire debeamus : et ipsas aquas de ipsa pischina in mea sit potestate : et in ipse ube inde ibidem ponere debeamus quantas ibidem necessum fueris : etiam et licentiam et potestate abeas omnes portionariis vestris qui ipsis aliis terris vestris lavorat de memorato loco paternum aquas tollere et aurire per vindemias

quantas at eis necessum fueris pro illes ubes de ipsis terris vestris: de iamdicta pischina vestra: absque omni contrarietate mea et de meis propriis heredibus: et quandoque ibidem lavoraveris licentiam abeas inde tollere at vibere quantum eis necessum fueris: et ipsum alium palmentum facere debeatis conciare et cohoperire ipsis aliis portionariis vestris et at eis contrare non debeamus ipsa palmenta pro calcandum ipse ube nec ipsa aqua pro ipse ube et pro vibere ut superius legitur: et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris et memorato vestro monasterio mihi meisque heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: bene ego et propriis meis heredibus illos lavorantes et omnia memorata atimplentes: ut super legitur: insuper stetit inter nobis ut si vos aut posteris vestris et memorato vestro monasterio illos lavorare bolueritis super vos clara facta veritate absque omni colludio licentiam et potestatem abeatis mihi meisque propriis heredibus illos tollere: et quandoque ego et propriis meis heredibus illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare cum omni sua melioratione: sicut superius diximus si super vos illos lavorare bolueritis clara facta veritate sine omni colludio licentiam abeatis mihi meisque propriis heredibus illos tollere: quia ita nobis placuit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis auri solidos duodecim bythiantheos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata secunda indictione † hoc signum † manus memorato stephano quod ego pro eis subscripsi † et oc memorati summus ut omni annue ego et propriis meis heredibus ipsas melas cum ipse nuces colligere debeamus at dividamus illas qualiter superius legitur:

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ $\overline{ΔΝ}$ ΛΕΟΝΙ ΤΕΣΤΙ $\overline{ΣΟΥΒ}$ †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi at absolvi per memorata secunda indictione †

CCCXI.

An. 1019. † In nomine domini decimo primo anno principatus domini nostri guaimari et primo anno principatus domini guaimari eius filio gloriosis principibus mense september tertia indictione. memoratorium factum a nobis sillictus filius iohannis: qui fuimus abitande de montella. et ego iohannes qui sum filio istius sellicti. et sparanus qui sunt affiliatus istius sellicti et filius maioni. eo quod ante subscripti idoneis hominibus. coniunti sumus ad combenientia. cum sergius filius stefani et cum leo idem attrise filius constantini sergi et filius ursi et elpensus filius quondam petri qui et ipse petrus filius fuit quondam marandi. pro dibidendum cum eis rebus illis que est infra in civitate nucerina super ecclesia sancti petri salernitane finibus quod ante os annos nos supradicti sellictus iohannes sparanus iohannes ipsa per firmum brebe partionis ordine pastenandi compreensimus ab ipso supradictus sergius. et da ipsum petrus filius mirandi per ratione que continuumt brebri ipsi pastenationis. unde modo ex nostra que partes ostendimus brebri ipsi pastenationis quomodo nobis rebus ipsa data fuit pastenandi infra hec finis et mensurie a pars occidentis fine via publica inde passus centum quadraginta. a septentrionis sicut fossatum discernit inde passus quinquaginta *duo* a pars orientis fine ipsorum sergii et leoni et petri sicut discernit limite et termini inde passus alios centum quadraginta. a meridie similiter fine de ipsi supradicti sergius et leo et petrus inde passus quinquaginta octo totum mensuratum ad iusto passu hominum hec vero res per iamdicti finis et mensurie tota et inclita cum bice de via sua nobis ut diximus pars ordini per ipsum sergius et predictus filius iamdicti mirandi datum fuit. et relicti brebri ipsi pastenationis qui de ex eadem res facti sunt posita ratione constitum que posimus inde fuit iam expletum est et combenientibus inter nos statim nos supradictus sillictus iohannes sparanus dibidimus supradictas res per supradicti finis et mensuras quem nos pastenabimus et querabimus sicuti inde obligati fuimus in duas partes ad equale mensuria una sortione fecimus esse in pars orientis. et alia sorte fecimus ebse in pars occidentis. unde prius ipsi sergius et predictus leo et petrus conpreenserunt exinde in sorte sortionem ipsam ab ipsa pars orientis. et nobis per taliter tradiderunt

exinde in sorte sortem ipsa ab ipsa pars occidentis que coniunta est cum ipsa bia tantum omni tempore ipsi sergius et leo et petrus et illorum eredes aberent bice de ipsa bia per ipsa sortione nostra a pars septentrionis erga ipso fossatum. et ipsa via que per ipsa nostra sorte abere debunt omni tempore via esset lata per latitudo in omni loco pedes duodecim ad iusto pedem manum homini mensuratum et per longitudo ipsa bia quantum ipsa nostra sorte retinet usque in ipsa bia da occidente. hec sortio sicut superius ille compreensimus sic per partium ille inter nos tradidimus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de ipse bie ut supra legitur unusquisque faciendum de ipsa sua sorte quod boluerimus de qua per vona combenientia guadiam nobis ipsi sergius et leo et petrus dederunt et mediatorem nobis posuerunt ipsi sergi et leo mastalus attrise filius constantini et ipse petrus mediatorem nobis posui iannaci attrise filius constantini et per ipsa gaudia obligaberunt se et suos eredes omni tempore defensare nobis nostrisque eredibus integra ipsa sorte da occidente cum bice da ipsa bia publica sine ipsa bia quod illis inde abere debunt ut supra legitur a pars de uxoribus sue et da omnes homines omnique partibus. et si taliter eos nobis nostrisque eredibus non defensaberit aut si quodcumque causatione exinde preposuerit vel si super sortis ipse malo ordine ire presunserit per vona combenientia per ipsa guadia componere obligaberunt se ipsi sergius et leo et petrus et suos eredes ad componendum nobis nostrisque eredibus quinquaginta auri solidos costantinopolitanos et sicut superius legitur illum nobis defensare. tantum si aliquando tempore nos vel nostros eredes ipsa nostra sorte de predictis rebus daturum aut binditurum abuerimus. non abeamus potestatem cuicumque illum vel exinde dare nisi ipsorum sergii et leoni et petri vel ad eorum eredes illum demus ad iusto baliente pretium que iuste fuerit appretiatum. et faciamus exinde illis scire per illum a nos emendum per tertio consti minus usque dies triginta sex et si infra ipsa constituta illum a nos emere noluerit et dare inde nobis iusto baliente pretium post ipsa constituta licead nos illum dare cui boluerimus nam si ante ipsa constituta cuique illum vel exinde eos dederimus absque illorum vel de eorum eredes solutione sicut parutum sit ut de nostra potestate esset substractum absque pretium rebertatur ad illorum potestatem faciendum que voluerit. et si nos vel nostri eredes de hanc terra salernitana exierimus per

aliubi ad abitandum vel si talem egerimus culpa unde in publico cecidere debuerimus. et ipsa nostra sorte de iamdictis rebus per nos vel per nostros eredes data non fuerit ut supra legitur integra ipsa nostra sorte perveniad ad potestatem ipsorum sergii et leoni et petri et de illorum eredes. et si infra quinque anni ic rebersi fuerimus abitandum aut de ipsa culpa eruti inclita ipsa nostra sorte de eadem res nostre perveniad potestatis abendum in predicto ordine. sin autem securiter illum sibi abeant tantum ipso annum quod ic redierimus si illum lavoratum invenerimus licead ille qui eos lavoraberit inde tollere ipsum laborem et sic illum ad nos recolligamus tamen recordamus quia de predictis rebus que superius nobis in sorte traditum est mihi nominati sellicti et alios meos heredes pertinentem est inclita medietate. et nobis nominati iohanni et sparani et ad nostris eredibus pertinentem reliqua ipsa alia medietate de ipsa sorte sic manet ut nec nos nominati iohannes sparanus nec nostros eredes non queramus sortionem tollere vel abere de ipsa sorte predicti sillicti set abeat ille illam et alios suos eredes verumtamen quia de predictis rebus quod ipsi sergius et leo et petrus compreenserunt in sorte ipsius petri et ad eius eredes pertinentem est inde abere medietate et ipsorum sergi et leoni et ad eorum eredes inde pertinentem est reliqua ipsa medietate similiter et de ipsa thinga quando illum a nos paraberit ipse petrus vel eius eredes parare inde medietatem et ipse sergi et leo vel eorum eredes parare reliqua medietate. et quadtuor brebri dibisionis modo de ista res fecimus instrumentum quod retineo ego predictus sellictus. et alii vero inde retinet ipsi sergi et leo et alium quod retinet ipse petrus et alium quod retinet ipsi iohannes et sparanus. quod scripsi ego alfanus notarius qui interfui

† Ego ademari notarius me subscripsi † Ego alderissi notarius me subscribsi

CCCXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo septimo die primo mensis octobri indictione tertia neapoli: Certum est me mari filia quondam iohannis scoppulaursum et quondam eupraxia iugalibus una cum consensum et voluntate quidem cesarii subdiaconi cuia servienti exe videor abitatoribus de cabstro putheolano: a presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta sancta et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra una petia de terra vestra que vocatur billa rustica qui est sursum in illum monte quod est planum et scapulis positis in terris memorati caberii putheolani una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quas in memorato sancto vestro monasterio per chartula comutationis dedit quondam domina drosum gloriosa senatris filia quondam vone recordationis domini iohanni gloriosi consuli et duci cum volumtate domini ursi viri sui etiam et ego ipsa terra vobis contravi quatenus ibidem abere medietatem et pereximus ibique supra cum iudices et ipsa chartula comutationis ibidem relegere fecimus et abuimus exinde inter nobis intentione: et post ipsa intentionem benimus exinde ambas partes in convenientiam: et ipsa combenientiam dedisti mihi exinde de auri tari quinque et apud me illis abeo in mea potestatem: faciendi ex eis que voluerimus: et coheret sivi a memorata integra petia de memorata terra da tribus partibus sunt scapules memorati vestri monasterii: et de alia parte est terra que detinet urso qui nominatur saviniano de memorato cabstro putheolano: unde per hanc chartula repromitto et atfirmo vobis quia nullatenus presummo ego aut heredibus meis nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio querere de memorata integra petia de memorata terra sicuti per memoratas coherentias superius exegregavimus cum omnibus sivi pertinen-

An. 1019.

tibus per nullum modum nec per summissas personas nullamque atinventam rationem a nunc et in perpetuis temporibus: insuper promittimus vobis ut si quobis tempore exieris qualiis personas qui bos aud posteris vestris aut memorato sancto vestro monasterio exinde quesieris per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bytiantheos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata tertia indiclione † hoc signum † manus memorata maria cum consensu et voluntate memorati cesarii subdiaconi cuia servienti exe videris quod ego pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego stefanus filius domini cesarii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata tertia indictione †

CCCXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo septimo: die vigesima mensis februarii indictione tertia neapoli: Certum est nos stephano et petro germanis filiis quondam sergii coctricati abitatoribus in loco qui vocatur quarto pictulum iusta giniolo foris flubeum: a presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cuncta sancta vestra congregatione monachorum venerabilis vestri monasterii: propter parte de terris vestris iuris memorati vestri monasterii: quantum nos exinde de antea tenemus in memorato loco quarto pictulum et giniolo: insimul una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas earum et omnibus *eis* pertinentibus: quod est ipsum esparte quantum nos exinde tenemus at lavorandum sicuti inferius illos nominamus: due vero petie qui sunt in aliquantum in uno coniunte et nominatur fossa de carictina coherente sivi ab uno latere parte horientis est in aliquantum terra heredum domini iohanni de domina ruta: seum et terras memorati vestri monasterii que lavorat..... *de amabile* quas in vestra reservastis potestate: et de alio latere parte occidentis terra heredum domini gregorii de domina rotunda: ab uno capite parte septemtrionis via publica: et a foris ipsa via sunt aliis terris vestris ipsius vestri monasterii que detinet ipsi de *amabile*: at lavorandum quem in vestra reserbastis potestate: et de alio capite parte meridiana est memorata terra memorati *heredum* quondam domini iohanni de domina ruta: et in aliquantum est coniuncta cum memorata alia petia: et ipsa alia petia finis abet ab uno latere parte meridiana terra domini gregorii bulcani de capuana et de alio latere parte septentionis coheret memorata terra memorati heredum *quondam domini* gregorii de domina rotunda: de uno capite parte orientis coheret memorata terra memorati heredum domini iohanni de domina ruta: et a parte occidentis via publica: tertia vero petia ibi ipsum coheret sivi ab uno latere parte meridiana terra ecclesie sancte agathe: de alio latere parte septemtrionis terra ecclesie sancti petri: a parte vero horientis et occidentis

An. 1020.

sunt terris vestris memorati vestri monasterii que lavorat parentes vestris quem in vestra reserbastis potestate: quarta petia qui est intra illum arbustum bestrum maiore et ipsam abet finis ab uno latere parte orientis terra vestra memorati vestri monasterii que vobis reserbastis: et de alio latere parte occidentis terra ecclesie sancti georgii maioris sicuti inter se termines exfinat: de uno capite parte meridiana est iterum terra vestra memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate: a parte septemtrionis coheret via qui badit iusta puteum bestrum qui est factum in casa propria memorati vestri monasterii que detinet ipsi de amabile: quinta vero petia ibique in aliquantum coniunta quas ea in aliquantum dibidit memorata via coheret sivi a parte occidentis et orientis terra de illi pappaculione: et da ipsa orientale parte coheret terra ecclesie sancti iuliani: a parte meridiana terra memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate: a parte septemtrionis terra heredum domini bernardi: sexta petia finis habet ab uno latere parte orientis via publica: et de alio latere parte occidentis coheret terra vestra memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate: et a foris ipsa terra vestra que in vestra reserbastis potestate est terra ecclesie sancte marie que nominatur ad obulum: a parte meridiana est iterum terra vestra memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate: et a foris ipsa terra vestra que in vestra reserbastis potestate est terra heredum de illum moniamonia: a parte vero septentrionis iterum terra memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate et in aliquantum terra domini sergii armagaudium: septima vero petia qui est fundum ubi nos abitare viderimus cum intersico suo ibidem coniuntum a parte occidentis coheret sivi insimul ab uno latere a memorata occidentalis parte est fundiciolum de illu scafatu: et in capite a foris ipsum intersicum est terra ecclesie sancti petri et terra memorati heredum iohanni domina ruta: et de alio latere parte orientis terra de illu bocciaboccia: et terra heredum domini stephani amarrati: de uno capite parte meridiana coheret via unde ibidem introitum abere debeamus: et a foris ipsa via est terra vestra que in vestra reserbastis potestate quas vero memoratum fundum cum memorate sex petie de memoratas terras vestras iuris memorati sancti vestri monasterii ut super legitur nobis nostrisque heredibus dedistis illos in colligio at lavorandum at de-

tinendum: in eo enim tenore ut abto tempore nos et heredibus nostris illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliore cultum perducere debeamus cum vobes nostres et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et bites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris et sicut iustum fueris: et illut potare et propaginare debeamus quomodo merueris: et in ipsum fundum abitare et residere debeamus et casa et area seum ortum et reditas ibidem facere et abere debeamus: set de ipsum fundum ubi abitaberimus nos exinde abere debeamus parti due: reliqua vero tertia ex ipsum fundum in vestra reserbastis potestatem: et omnia quodcumque nobis dominus deus dederis in quolibet seminatus que ibidem seminaberimus in nostra nostrisque heredibus sint potestate unde nullam nobis exinde queratis aut tollatis: tantummodo omni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et atducere debeamus per festivitate sancti sebastiani obas quinquaginta sine omni amaricatione: et omni annue per estate palea due parti de carrum tractum usque intus ipso vestro monasterio: et omni annue desuper quantum binum et grecum ibidem nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate. vos et posteris vestris medietate: et nos et heredibus nostris similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra de ipsum binum mundum et de ipsum grecum vos et posteris vestris illos exinde traere debeatis una cum ipsa sorte vestra de ipsa saccapannas quomodo potueritis: set omni annue per vindemias nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato monasterio per omnem salmas de binum mundum et de grecum quante nobis exinde tetigeris: de ipsa sorte nostra propria vobis vestrisque posteris dare et refundere debeamus de vinum mundum per una quoque salma urcium unum pro qua vos exinde traxeritis ipsa sorte vestra: et nos et heredibus nostris illut vindemiare debeamus at omni nostro expendio: et ipsa sorte vestra serbare debeamus in organeis nostris dies tres: et per vindemias duas personas vestras nutrire debeamus quomodo iustum fueris: binum at bibendum et untum at condendum pro ipsis operariis qui ibidem bindemiaberis comuniter demus: Insuper stetit nobis ut vos et posteris vestris omni annue licentiam et potestatem abeatis ibidem seminare pratum et lupini usque at unum modium et medium de terra per passi mensuratum absque omni nostra con-

trarietate: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato monasterio nobis nostrisque heredibus exinde iactare aut illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: vene nos et heredibus nostris illos lavorantes et arbustantes et omnia memorata per ordine atimplentes ut superius legitur: et quandoque nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato monasterio illut abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus arbustatum et bitatum cum omni sua melioratione et licentiam et potestatem abeamus de memoratum fundum exire cum omnia causa nostra quomodo liberis introivimus sic exinde liberis exiamus excepto fructoras et sepis per girum ipsum fundum que exinde non berremus: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata tertia indictione † hoc signum † manus memorato stephano et petro germanis quod ego pro eis subscripsi †

† ΕΓΩ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕCΤΙ COYB †

† ego stefanus filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo nono: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo sexto: die vicesima tertia mensis magii *indictione secunda neapoli: Certum est me petrum* filium quondam iohanni qui cognomento................. abitator in foris flubeum territorio plagiense non procul da illa turre qui dicitur da hoctaba: A presenti die promtissima volumtate promitto tibi domino gregorio filio quondam idem domini gregorii cubicularii sancte neapolitane ecclesie: tu una cum consensu propter ecclesia tua distructa qui fuit vocabulo sancti petri christi apostoli posita intus terra tua que abet in loco qui vocatur calistum in eodem loco foris flubeum ipsius territorii plagiense una cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: quatenus ego et heredibus meis memorata integra ecclesia rabire et desuper illas cum tegulas cohoperire debeamus et da intus illas pingere et hedificare debeamus insimul at omni nostro expendio: hoc est amodo et usque in benturi quadtuor anni expleti absque omni data occansione et sine omni amaricatione: deinde et tu........................... et super me dare et offerire seum tradere debeas in memorata ecclesia integra ipsa petia de memorata terra tua ubi ipsa ecclesia iam ego inchoata abere videris da ante os annos. una cum integra alia una petia tua de terra posita ibi ipsum insimul una cum arvoribus et introitas suas et omnibus eis pertinentibus: coherente sibi at integra ipsa petia de memorata terra tua hubi ipsa ecclesia exe videris ut super legitur ab uno latere terra domini iohanni germani tui sicuti terminis exfinat: et de alio latere terra de illi cacatura sicuti terminis exfinat: de uno capite terra monasterii sancti sebastiani: et ex alio capite terra domini iohanni tabularii qui cognomento lateriaro: et at ipsa alia petia de memorata terra ibi ipsam coheret ab una parte terra memorati monasterii sancti sebastiani et da aliis duabus partibus terra de ipsi cacatura: et da quartam parte terra memorati domini iohanni germani mei sicuti inter se terminis exfinat: quas vero integras ambas ipsas petias tuas de memoratas terras una cum arboribus

An. 1020.

et introitas suas et omnibus eis pertinentibus ut super legitur tu memorato domino gregorio da die presentis per me memorato petro illos dare et offerire seum tradere debeas in memorata ecclesia in eo enim tenore ut memorata integra ipsa ecclesia una cum integras ipsas terras et cum omnia et omnibus eis pertinentibus omni tempore siat commune mea et tua et de meis et tuis heredibus per medietatem: et tu et heredibus tuis mecum et cum meis omni tempore communiter ambas partes hordinare debeamus in memorata ecclesia sacerdotem qui ibidem die noctuque assidue hofficiaberis. et tu et tuis heredibus nec ego aut meis heredibus da ipsum sacerdotem qui ibidem custodem ordinaberimus nullum datum aut calciarium querere aut tollere non debeamus per nullum modum pro nostrum abere: preter si da eum aliquod dare aut tollere potuerimus per qualecumque modum a tunc siat de memorata ecclesia: iterum et tu memorato domino gregorio et tuis heredibus licentiam et potestatem abeatis tollere da ipso sacerdotem qui in ipsa ecclesia custodem ordinaberimus per omni annue hoblatas paria sex et cyria sex qualis ibidem introierit: in nativitatem domini hoblatas paria dua et cyria dua et in sanctum pasce hoblatas paria dua et cyria dua et in festivitate sancti petri alia dua paria de hoblate et dua cyria et in tua et de tuis heredibus sint potestatem faciendi que volueritis: Insuper et per omni annue in ipsa festivitate sancti petri licentiam et potestatem abeas tu illuc benire et tuis heredibus et ipse sacerdos qui ibidem ordinaberimus tibi tuisque heredibus at tres personis manducare et vivere dare debeas sicut merueris et sicut iustum fuerit: verumtamen stetit inter nobis ut amodo a die presenti et usque dum ego et heredibus meis ipsa ecclesia fabrita et cohoperta seum pintas et hedificatas abueris ut super legitur a tunc ipsas alias terras in mea meisque heredibus sint potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et laborandi et de ipsas frugias faciendi omnia que voluerimus et tu nec tuis heredibus nullam nobis exinde queratis preter memorate hoblate paria sex et memorata cyria sex que ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus per omni annue dare et atducere debeamus per omnem ordine et tenore ut super legitur: dum ego et heredibus meis ipsas terras frugiaberimus: et ubi domino placuerit et tu et heredibus tuis mecum et cum meis heredibus in ipsa ecclesia sacerdotem ordinaberimus ut super legitur a tunc ipsas terras una cum omni et omnibus eis pertinentibus re-

bertant et siant de ipso sacerdotem at detinendum et dominandum seum frugiandum illos vite sue. et a tunc ipse oblate et memorata cyria tibi tuisque heredibus ipse sacerdos de memorata ecclesia per omni annue dare debeas per omnem hordine ut super legitur: et a tunc tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus ipse hoblate et memorata cyria querere non debeatis: actamen et firmamus ut si aliquando tempore in ipsa ecclesia stauritas plebis facere et abere potuerimus. a tunc ambas partes illas ibi facere debeamus. et sic nos et heredibus nostris cum ipse staurite facere debeamus sicuti faciunt aliis domninis de aliis ecclesiis de foris cum suis staurites: Insuper stetit inter nobis ut omni tempore tu et heredibus tuis ipsa medietate mea de memorata ecclesia et de memoratas terras una cum omnia et omnibus eis pertinentibus mihi meisque heredibus ab omni homines omnique personis in omnibus antestare et defensare debeatis quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos sexaginta bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata secunda indictione †

hoc signum † manus memorati petri quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego stephanus scriniarius testis subscripsi †

† ego cesarius filius domini sillicti testis subscripsi †

† Ego petrus Curialis: Complevi et absolvi per memorata secunda indictione †

CCCXV.

An. 1020.

† In nomine domini Anno tricesimo tertio principatus. domini nostri guaimari. et tertio anno principatus. domini guaimari eius filii gloriosis principibus mense hoctubrio. quarta indictione. Ideoque ego maraldus filius iohanni presbyteri de loco viatu lauritane finibus dum mihi congruum esse bidetur bona etenim mea boluntate ante subscriptos testes. per berbum et absolutione supradicti. genitori mei ibique illum astante. Per hanc quoque videlicet cartam promitto firmiter constabiliscor tibi stephani benerabilis abbas rector ecclesie beate dei genitricis et virginis marie que fundata est supra ercica ad ipsa spelea ubi ad ipsa turre edificata. in monte besubeo. quod dominus martinus benerabilis adque sanctissimus abbas a nobo fundamine usque ad culmen tecti perduxit. de ipse tribus pecie de rebus vestra que est arbustate que abetis super iamdicto. loco biatu propinquo in abusagra que vobis pertinet de ipso fundo qui dicitur de martinulo seu illut vobis pertinet in sancto vestro monasterio a pars militie ubi vos una cum sancta tota vestra congregatione monachorum me affratastis. una ex ipse pecie de iam dictis. rebus hec habet finis. a parte orienti et meridie fine qui dicitur de audeberi et de ipsi caraciuli. a parte occidenti fine de homines de biatu. a parte septemtrioni fine domini petri clerici qui dicitur de itta de salerno et de eius consortibus. Ipsa secunda alia pecia hec abet finis da parte orienti fine qui dicitur iam dicti. audeberi et de ipsi caraciuli. a parte meridie fine via publica. a parte occidenti fine de homines de biatu a parte septemtrionis similiter fine de audeberi et de ipsi caraciuli. et coniungit se in prioras fines. Ipsa alia tertia pecia de iamdictis. rebus hec abet finis. da parte orienti fine de herede ioffi de castello lauri. et pertange in fine petri filii amandi de busagra. a parte meridie et occidenti fine qui dicitur. iam dicti. audeberi. et de ipsi caraciuli. a parte septemtrioni fine qui dicitur de ipsi capuani et coniungit se in prioras fines. Hec nominate ipse tribus pecie de rebus que in sancto vestro monasterio pertinet a pars supradicte. militie cum omni suo edificio intro se abentibus tu qui supra stephanus benerabilis abbas. ibidem me affratastis. Ea quidem ratione ut ego qui supra maraldu. et meis heredibus ipse tribus pecie de

iamdictis. rebus pastinare debeamus vitis. et arboris. seu alia pomifera fructifera. Tali vero ordine ut integre ipse iamdicte. pecie de rebus pastinare debeamus vene ut expedit. ut pareat bene pastenatu seu laboratu suptus et super et illut conciare debeamus cum bobes et at manu dirigenter apto tempore et de nostra semente illut seminare debeamus et quodcumque frugium ibidem seminaverimus super nos illut tollere debeamus. At vindemiandum ipsa vindemia ego qui supra maraldus. et meis heredibus illut videmiare debeamus apto tempore cum omni nostro expendio. et at palmentum arare. et quicquit ibidem vinum mundum deus dederit per hequaliter illut inter nos dividamus ad palmentum. vos et vestros posteros tollatis medietatem. et ego et meis heredibus tollamus reliqua medietatem. et tota ipsa peciola iuxto et legitimo ordine pisata et rebellata super nos tollere debeamus ante sortem. tantum pro ipso terratico dare vobis et at posteros vestros debeamus. omni anno per vindemia de propria sorte nostra de ipso vino mundo. orna una ad sagium iustum de ipso loco. tantum ipsa sorte vestra de ipso vino mundo et ipsa que bobis in sorte evenerit. ego et meis heredibus illut traere et portare debeamus vobis et at posteros vestros ad ipsa vestra obedientia que abetis in loco milianu cum omni nostro expendio et quando per vindemie ibidem direxeritis vestrum monachum pro ipsa sortione vestra de ipso vino mundo recipere. at duos monachi et at caballos eius cum que benerint ego et meis heredibus dare vobis debeamus manducare et vibere ut iustum fuerit. et dare vobis debeamus per omne palmentum palmentaticu pullum bonum unum. Hoc autem statuimus ut si de ista terra lauri exierimus et in aliam terram at habitare perrexerimus ego et meis heredibus expectetis. nos usque tres anni. et inclite ipse pecie de iamdictis. rebus cum omni suo edificio redeat in potestate de sancto vestro monasterio et de eius rectoribus. et si in ista terra ante tertio anno rebersi fuerimus licentiam abeamus redire in ipse pecie de iamdictis. rebus at teniendum et at laborandum illut in supradicto ordine. Exinde obligo me ego qui supra maraldus et meis obligo heredibus tibi qui supra stephani benerabilis abbas et at posteros tuos. ut ipse supradicte. pecie de rebus iusta ratione laboremus ut cultemus et utiliter pastinemus sicut meruerit. Quod si minime illut apto tempore laborare noluerimus aut non potuerimus. au si de omnia super statuta vobis aliquit minuare presumpserimus

spondimus vobis vestrisque posteris ego et meis heredibus componere viginti solidos constantinianos. et omnia super statuta per inbitis nos vobis adimpleamus. Quam te bisantius clericus et notarius taliter scribere rogavimus. Actum lauri feliciter.

† ego alfanus

† ego ingu

CCCXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo primo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: Die nona mensi decembrii indictione quarta neapoli: Certum est nos pranccati umile ygummeno monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui nominatur casapicta situm in viridiarium: una cum cuncta congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: A presenti die promptissima volumtate promittimus tibi iohanni subdiacono bestararius gloriose potestatis domini sergii in dei nomine eminentissimus consuli et duci: filium quondam sergii venerabilis presbyteri qui nominatur sardella postmodum vero monachi: propter integra ecclesia nostra vocabulo sancte eumfimie christi martira qui sita esse videris in regione ficariola iusta muro publico: Ubi domino deo volente te ibidem custodem posuimus: In ea videlicet ratione ut tu in memorata ecclesia nostra de dies ante horas vel post hora omnem officium sacerdotalem facere faciatis lumminariorum vero concinnatione celebrare et exivere debeatis aut facere faciatis cuntis diebus vite tue ut aput dominum tibi mercis atcrescat: et coram ominibus laus: et pro alimoniis tuis dedimus et tradidimus tibi: Idest integrum ortum qui est ante memorata ecclesia nostra una cum cella qui est intus headem ortum: seum cum pischina qui ibi est: quamque et cum integra una petias de terras positas in loco qui nominatur calbetianum et nominatur at mulianum illut quod offeruit quondam drosu qui fuit uxor quondam briceri calciolarii: et una cum omnia quantum at ipsa ecclesia nostra pertinet: veate heufimie: insimul una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas hearum et omnibus sivi pertinentibus: Ut in tua omnibus diebus vite tue sint potestate tenendi et dominandi.......... laborandi et allaborandum tribuendi fruendi et comedendi et de ipsa frugia faciendi omnia que cuntis diebus vite tue placuerit: et omnia quod in memorata ecclesia nostra sancte eumfimie oblatum fuerit sive a viribus sive a mulieribus tue sint potestatis: si autem fuerit inmobile aut qualecumque mobil emaiore de ipsa ecclesia at abendum illut in

An. 1020.

sempiternum: Insuper tu dimittere debeatis in memorata ecclesia nostra sancte heumfimie at obitum tuum idest unum antefanarium de nocte neapolitaniscum: et quodcumque at concciandum abueris ipsà ecclesia aut in cellas ipsius tu illut conciare debeatis at omni tuo expendio: Insuper atsignabimus nos tibi modo a die presentis idest mobilias de memorata ecclesia in primis una planeta linea cum orarium et corporalem: et calice sanctum de stagnum super inargintatum cum patina sua de stagnum: et unum pannum quod est obsecium cum una sindone insimul ambos desuper altare: et unum faciestergium stellatum plumatum: et turabulum de rame cum duas cruces una exinde ferrea: et alia herea: et una coronella de rame: quaterni dui de festivitate memorate ecclesie sancte heumfimie: et unu quaternu pictulu de sancti cerbasii: liber comite plenarium franciscum scriptum: serulella pictula hab aqua sanctificata: ut hec omnibus memoratis salbi exere debeatis in memorata ecclesia: tantummodo homni annue nobis posterisque nostris tu cuntis diebus vite tue dirigere debeatis dua paria de oblate unu parium in natibitate domini: et alium parium in sanctum pasche: et minime presummimus nos et posteris nostris te foris eicere aut te exinde iactare aut qualibet sacerdotem vel clericum aut monachum vel alia quabis personas super te ibidem ponere per nullum modum cuntis diebus vite tue: post vero tuum transitum tunc memorata integra ecclesia et cum omnia que tibi atsignabimus et cum ipsum antefanarium in nostra posterisque nostris et de memorata ecclesia rebertantur et sint potestate et cui heas largire boluerimus nostre sint potestatis: Quia ita nobis placuit: Si autem nos vel posteris nostris aliter fecerimus de is omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi cuntis diebus vite tue auri solidos viginti bythianteos: et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum gregorii curialis scribere rogatus per indictione memorata quarta †

† *πάνκρατιος υγουμενος ύπέγραψα* †

† *λαυρεντιος πρεσυιτερ και μοναχος υπεγραψα* †

† *πετρος αμαρτωλος πρεσυιτηρ καί μοναχος υπεγραψα* †

† $\overline{\text{ΙΩ}}$ $\overline{\text{ΠΡ}}$ $\overline{\text{Μο}}$ ΥΠΕΓΡΑΨΑ †

† ego sergius filius domini petri testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius testis subscripsi †

† εγο κεσαρειυς φειλειυ δω ιοανεις τεστι συβ †

† Ego gregorius Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata quarta †

CCCXVII.

An. 1021. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo primo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: die quinta mensis ianuarii indictione quarta neapoli: Certum est nos iohanne qui nominatur sardo filio quondam petri de aligisa: et dominico filio quidam magi de liuperto: abitatoribus in loco qui vocatur caschanum at illi muti: nos autem pro vice nostra et pro vice quidem bassi filio quondam pipi *insimul* parentes: set ipse bassi abitare videris in loco qui vocatur caschanum at illi baronaci territorio nolano: A presenti die promtissima volumtate promictimus vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta vestra congregatione monacorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter *inclitis casalis* vestris cum duos montes vestros unum qui nominatur urbanum qui et at lamma dicitur: et alium qui nominatur maternum sicuti inter *se riatellum et* lavinario exfinat: insimul positi in memorato territorio nolano: una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum *insertetis et* castanietis et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus et coheret sivi at memoratum integrum casalem vestrum et at *memoratum montem* vestrum qui nominatur urbanum qui et ad lamma dicitur quod est in una tenientia a parte occidentis est ribo maiore qui exfinat inter oc et terris et montem de omminibus de baschanum et de meiana: et ex alio latere parte horientis est memoratum alium casalem vestrum cum memoratum alium monte vestrum quod est in una tenientia qui nominatur maternum insimul pertinente memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: sicuti inter se memorato riatello et lavinario exfinat: et da inde qualiter ascendit finiendo in parte septentrionis usque ad serra cauditana: et de uno capite perte meridiana terris de omminibus de caschanum sicuti inter se egripus exfinat: et de alio capite qualiter badit et ascendit usque at iamdicta serra cauditana: exceptuastis exinde illa corrigia de terra de ille omminibus de loco qui vocatur cutinianum qui ibi

est a parte de memoratum ribum maiore da memorata parte occidentis sicuti et quomodo continet firmissima chartula securitatis vestra membranis scripta quem vos atpreensistis da ipsis omminibus de memorato loco cutinianum: et ad memoratum alium casalem vestrum et montem vestrum quod est in uno tenentia qui nominatur maternum coheret sivi a parte orientis est casalem et monte episcopii sancti felici et ex omni tempore ad equale mensura: et a parte occidentis est memoratum alium casalem bestrum cum memoratum alium monte bestrum qui nominatur urbanum qui et ad lamma dicitur sicuti inter se memorato riatello et memorato lavinario exfinat qualiter et quomodo superius legitur: et sicuti illut continet memorata firmissima chartula securitatis vestra ut super legitur: et a parte septentrionis qualiter vadit et ascendit usque at iamdicta serra cauditana: et a parte meridiana est terra que detinet omminibus de memorato loco caschanum unde cum eis intentione abetis: quas vero memorati casali et montes insimul pertinente memorati sancti vestri monasterii qualiter et quomodo superius legitur nobis nostrisque propriis heredibus masculis dedistis at detinendum: in eo enim tenore quatenus nos et heredibus nostris propriis masculis inde vicedomini exere debeamus et ipsis terris lavoremus et lavorare faciamus et de castaneas et cerquas quantas et quales in ipsis montes vestris abes nos inde cura et sollicitudinem abere debeamus: et omnes terraticas de ipsis terris et de ipsis montes quantum et quales nos exinde lavoraverimus vel lavorare fecerimus seum et alias omnes dationes et refugias de subtus et de super quantum et quales exinde tullerimus aut recollisserimus per quobis modum omni annue totum et sine omni minuitate et absque fraudem et malo ingenio illut in casis nostris recipere et atunare debeamus et totum sine omni fraudem vobis vestrisque posteris illut dare debeamus et vos et posteris vestris illos exinde atducere debeatis set ipsa terraticas omni annue vobis servare debeamus per totum augusto mense: et ipsas cerquas et castaneas quantas et quales ibidem abueris in vestra illos reservastis potestate: et pro ipsum vicedominaticum nobis exinde abere et refugiare debeamus nos et propriis nostris heredibus masculis modia trea de terra per passi et de ipsa trea modia nullum terraticum nobis tollere non debeatis dum nos et propriis nostris heredibus ibidem vicedomini fuerimus et quandoque vos aut posteris nostris aut omminibus sive monachis aut ladicis ipsius vestri monasterii vel autoribus

vestris ibidem inbentas dederitis aut direxeritis pro serbitium ipsius vestri monasterii tunc nos et propriis nostris heredibus masculis vos et eis et caballis vestris et illorum recipere debeamus in casis nostris et vobis et at eis et at caballis vestris manducare et vibere debeamus dare et suavitate facere sicut iustum fuerit et meruerit: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque: propriis heredibus masculis de ipsum vicedominaticum iactare per nullum modum nec per summissis personis: dantes et atimplentes nos et propriis nostris heredibus masculis omnia memorata per ordine et sine omni fraudem ut super legitur: et quandoque nos et propriis nostris heredibus masculis illut abrenuntiare voluerimus licentiam et potestate abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illut abrenuntiare sine omni minuitate quomodo liberis introivimus sic exinde liberis exiamus nos et propriis nostris heredibus: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quarta indictione †

hoc signum manus memorato iohanne qui vocatur sardo: signum † manus memorato dominico pro vice illorum et pro vice memorati bassi quod ego pro eis subscripsi †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscrispi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ

† Ego sergius tabularius Complevi at absolvi per memorata quarta indictione †

CCCXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo primo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: die quintadecima mensis februarii indictione quarta neapoli: Certum est nos hstephanum qui nominatur scarola filium quondam petri scarola: et cesarium et gregorium seugema quamque hsillicta uterinis germanis et germanas hoc est genitore et filios: ego memorata gema cum consensu iohannis viri mei: et ego memorata hsillicta cum consensu bassi viri mei: nos memorato stephano et memorato cesario seu memorato gregorio abitare videmur in loco qui nominatur miana: et nos memoratas germanas abitare videmur in loco qui nominatur fornarii: A presenti die promtissima volutatem comutabimus et tradidimus vobis domina hmusanda venerabili abbatissa monasterii sancti marcellini puellarum domini: una cum cumta vestra congregatione monacharum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: Idest integras duas petias vestras de terras una cum intersicum suum in capite de una ex ipse petie coniuntum quod sunt ambe in uno tenientias constitutas in loco qui nominatur campo romani ad illa palmenta: una cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: pertinente nobis memoratis germanis et germanas exinde partes quadtuor per quondam hanna genitrice nostra: et mihi memorato hstephano exinde pertinet alia una parte quod est quinta: per comparatum: coherente sibi ad ipsa prima petia ubi est ipse intersico ab uno latere terra domini cesarii brunci et subscripta secunde petia: sicuti inter se termines exfinad: et abet ibi de longitudine passi quadraginta unum et de alio latere ubi est ipse intersico coheret terra stephani presbyteri germano nostro memoratis germanis et germanas et memorata una genitrice et de singulos genitores: et prebigno meo memorati stephani sicuti inter se termines exfinad: et abet ibi de longitudine passi quadraginta quinque: et de uno capite est terra lupi qui nominatur molinatorem: sicuti inter se termines exfinad: et abet ibi de latitudine passi quadraginta duos: et de alio capite est terra petri et iohannis nepotes et exsadelfis germanis nostris sicuti inter se termines exfinad: et

An. 1021.

abet ibi de latitudine cum memoratum intersicum passi quadraginta sex : et at memoratum intersicum coheret ab una parte terra sancte neapolitane ecclesie : sicuti inter se fossatus et sepis exfinad : et inde abet de longitudine passi octo et medium : et de alia parte memorata terra memorati stephani presbyteri : et abet inde de longitudine passi duodecim : et ab alia parte est memorata prima petia : et inde abet passi nobem et tertia de passum : et ipsa secunda petia abet finis ab uno latere terra heredes quondam domini gauderisi : et abet ibi de longitudine passi viginti sex : et de alio latere memorata terra memorati domini cesari bruncio : et abet ibi de longitudine passi triginta : et de uno capite terra cesari thii nostri sicuti inter se termines exfinad : et abet ibi de latitudine passi sidecim et medium et de alio capite est memorata prima petia : et inde abet de latitudine passi vyginti unum : memorati vero passi sunt mensurati at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie : De quibus nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque personas quod absit comisimus aut iam committimus potestatem : set a presenti die et deinceps ea omnia memoratas quas vobis commutabimus cum omnia et omnibus eis pertinentibus qualiter et quomodo superius legitur a nobis vobis si comutatum et traditum in vestra posterasque vestras et de memorato vestro sint potesta queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberum abeatis potestatem : et neque a nobis memorato stephano et cesario seu memorato gregorio et gema seu memorata sillicta germani et germanas hoc est genitore et filios neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissa nullo tempore numquam vos memorata domina musanda venerabili abbatissam aut memorato sancto vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissam personas a nunc et imperpetuis temporibus : insuper et ab omni omines omnique personas omni tempore nos et heredibus nostris vobis posterasque vestras et in memorato sancto vestro monasterio exinde in omnibus antestare et defensare debeamus : propter quod ad vice comutationis recompensationisque accepimus a vobis exinde impresentis in omnem deliberatione idest integrum fundum vestrum positum intus memorato bico miana : una cum integra una petia de terra que nominatur at campum de illa mela posita foris miana : issimul una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas ea-

rum omnibusque eis pertinentibus : et coheret at memoratum fundum ab uno latere parte septentrionis est clusuria de quidem theodoti relicta quondam iohanne cognomento boffa seu et fundum de illi scarola de capuana et de alio latere parte meridiana fundum comune nostrum seu et de quidem petro germano et thio nostro et de heredes quondam iohanni germani et thii nostri sicuti inter se termines exfinad : et de uno capite parte orientis est memoratum fundum de ipsi scarula de capuana : seu et carraria propria ex ipsum fundum insimul que nobis comutastis sicuti ipsa carraria que nobis iterum comutastis per termines exegregata est : et a foris ipsa carraria que nobis comutastis in memorata meridianam partem et trasenda comune nostra et de memorato germano et de ipsi heredes memoratis thiis nostris : et de alio capite parte occidentis fundum nostrum et in aliquantum fundum memorati petri germani et thii nostri sicuti inter se sepis exfinad : et at memorata petia de memorata terra coheret sibi de uno latere parte orientis terra heredes quondam iohanni naupigii seu et terra memorati petri germani et thii nostri : et in aliquantum terra nostra : et de alio latere parte occidentis terra de illum pentinatum : et de uno capite parte septemtrionis terra de illum bulturum : et de alio capite parte meridiana terra domini iohanni filio quondam domini marini arcuccia : seu et terra heredes quondam domini stephani filio quondam domini gregorii millusi : quamque et terra de illum scabredatum de porta noba : de quibus nihil vobis exinde aliquod remansit aut reservastis nec in aliena cuiusque personas quod absit comisistis aut iam committis potestatem : set a nunc et deinceps a vobis nobis sit comutatum et traditum in nostra nostrisque heredibus sint potestatem queque exinde facere voluerimus dividendi illut inter nobis in quintam partem nos memoratis germanis et germanas exinde tollere deveamus partes quadtuor : et ego memorato stephano alia una parte quod est quintam ut in omnibus illut continet alia chartula comutationis nostra que vos nobis exinde fecistis que nos abemus quia ita sic nobis stetit : Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis posterasque vestras et in memorato sancto vestro monasterio auri libra una bythiantea : et ec chartula comutationis ut super legitur sit firma scripta per manus iohanni curialis per memorata quarta indictione ✝

hoc signum † manus memorati stephani et memorati cesari seu signum † manus memorati gregori : signum † manus memorata gema et sillicta germanis genitore et filios memorata gema cum consensu memorati iohanni viri sui et memorata sillicta cum consensu bassi viri sui quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego ursus filius domini iohanni testi subscripsi †

† Ego iohannes filius domini stephani testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis : Complevi et absolvi per memorata quarta indictione †

CCCXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo primo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: die nona mensis martii indictione quarta neapoli: Certum est nos petrum umilem presbytero et notario filio quondam garami qui fuit abitator de loco qui nominatur siricum: et ego modo abitare videor in loco qui vocatur saviana territorio nolano: A presenti die promtissima volumtate promicto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta sancta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter medietate de integras sexuncias vestras de integrum fundum positum in memorato loco saviana una cum medietate ex ipsas sexuncias vestras de omnes terras exinde pertinentes quas inferius nominatibum dicimus: insimul una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: unde alia medietate ex ipsas sexuncias vestras de memoratum integrum fundum una cum alia medietate ex ipsa sexuncias vestras de omnes terras exinde pertinentes da memorato sancto vestro monasterio illut detinet quidem iohaquinto qui nominatur scurello filio quondam petri scurelli de memorato loco saviana: qui re insimul iungitur integra ipsa medietate vestra de memoratum integrum fundum de omnes terras exinde pertinentes cum reliqua alia medietate qui est de illi de turre: quod est integra ipsa medietate vestra de memoratum integrum fundum petias duas: et ipsis terris ex ipso fundo pertinentes sunt nominatibis prima petia que nominatur ad illum picrillum: secunda petia dicitur ad illum monumentum: tertia petia nominatur at via lauritana: quarta petia nominatur ibi ipsum at via lauritana: quinta petia nominatur at lucanianum: sexta petia ibi ipsum at lucanianum: septima petia dicitur at porcasanum at catabulum: octaba petia iterum at porcasanum at ipsum catabulum: nona petia at illum cirillum: decima petia que nominatur at via francisca: undecima petia ibi

An. 1021.

ipsum et nominatur at via de monte: duodecima petia at ipse vinee dicitur: tertia decima petia dicitur ad illa cruce: quartadecima petia nominatur at siricum: quintadecima petia nominatur at pischina: sextadecima petia dicitur at catabulum: septima decima petia nominatur at tocculum: octaba decima petia nominatur at sanctum erasmum: nona decima petia nominatur ad illa area: vicesima petia nominatur ad furnum: vicesima prima petia nominatur at via de monte: quas vero memorata medietate de memoratas integras sexuncias vestras de memoratum integrum fundum una cum memoratas medietate de memoratas sexuncias vestras de memoratis terris qualiter superius legitur ex ipsa medietate vestras de memoratum integrum fundum pertinentes mihi meisque propriis heredibus dedistis at detinendum: in eo tenore ud in mea meisque propriis heredibus sint potestate eos tenendi et dominandi et in ipsum fundum super ibidem abitare et residere debeamus et ipsis terris arbustandi et vitandi et lavorandi sicut iustum fuerit et meruerit inferius et superius illos fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde que voluerimus unde nullam nobis exinde queratis aut tollatis: tantummodo homni annue ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde censum dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie genissi quí sunt de septembrio mense idest fasioli rubei boni sicci modia dua tracti: intus porta memorati sancti et venerabilis vestri monasterii mensurati vero memorata dua modia de memorati fasioli at modium capiente quartes undecim at quarta iusta sine omni amaricatione: et cum ipsa dua modia de memorati fasioli ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio omni annue dare et atducere debeamus una gallina bona: et si prevaricaberimus memoratum constitutum dies octo et vobis vestrisque posteris non atduxerimus memorati fasioli modia dua cum memorata gallina vona et ibidem at pignorandum beneritis aut direxeritis tunc ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et at caballis vestris manducare et vibere dare debeamus ut iustum fuerit: et si cause abueritis sibe pro ipsum fundum aut pro ipsis terris et ibidem veneritis tunc ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris manducare et vibere dare debeamus quomodo iustum fue-

rit: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio mihi meisque propriis heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: vene ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris omni annue pargiantes et omnia memorata atimplentes: et nec ego et propriis meis heredibus non abeamus licentiam illud cedere aut vendere vel infiduciare aut subiugare vel offerire aut in pignus supponere per nullum modum: et si exinde perdiderimus absque omni colludio ipsius vestri monasterii tunc de ipsum censum minuare non debeamus at ipso vestro monasterio: set de ipsas sexuncias vestras de memoratum integrum fundum et de ipsas sexuncias vestras de memoratis terris ex ipso fundo pertinentes vel si plus terris ex ipsas sexuncias invenerimus in memorato loco saviana ex ipsas sexuncias vestras ex ipsum fundum pertinentes ego et propriis meis heredibus exinde abere debeamus medietate: et memorato iohaquinto scurello qui illut at censum detinet da memorato vestro monasterio similiter medietate: dantes ego et propriis meis heredibus omni annue memoratum censum ut super legitur quam et quantum at ipsas sexuncias vestras de memoratum integrum fundum pertinet de illum monte de memorato loco saviana similiter in vestra vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos reserbastis potestatem: et quandoque ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto vestro monasterio illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus: et de memoratum fundum licentiam abeamus excotere omnia causa nostra sine omni vestra contrarietate: set memoratas sexuncias vestras de memoratum integrum fundum et memoratas sexuncias vestras de memoratis terris exinde pertinentes qualiter superius legitur per plurimos annos illut tenuit et dominavit memorato sancto vestro monasterio: et in memorato vestro monasterio obbenit et cecidit per legationes dispositum quondam domini marini de turre qui ibidem illud offeruit: quia ita nobis placuit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quarta indictione †

† ego petrus presbyter et notarius subscripsi †

† Ego stephanus Curialis testis subscripsi †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quarta indictione †

CCCXX.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo primo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo hoctabo: decima mensis martii indictione quarta neapoli: Certum est nos leone qui nominatur levorano filio quondam petri de iannita abitator in acerre: A presenti die promtissima volumtate promicto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integre due peties de terras iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: una ex ea est arbustata et nominatur in campo maiore posita in loco qui nominatur pumilianum foris arcora: et alia est campese et est iusta illa padule at illu ponte de memorato loco acerre: una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi a memorata petia qui est arbustata et nominatur in campo maiore de uno latere terra de illi de alfanum: sicuti inter se levata exfinat: et de alio latere terra de illi morfissa sicuti inter se levata exfinat: de uno capite coheret terra heredum domini petri palmese: et de alio capite terra de illi....... et de illu modiosolidos: et memorata petia de terra campese qui est iusta ipsum ponte coheret sivi ab uno latere terra de illum mannoccia: et de alio latere terra de illu baruoccia: de uno capite est ipsa padule vestra qualiter vadit et intrat intus bena de laneum: et de alio capite terra petri pilia de memorato loco pumilianum quas vero memorate integre due peties de memorata terra iuris memorati sancti vestri monasterii ut super legitur mihi meisque propriis heredibus dedistis at lavorandum et detinendum: in eo tenore ut abto tempore ego et propriis meis heredibus illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliore cultum perducere debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnia expensas caucuminas et vites in memorata petia de terra arbustata qui est in campo maiore omni annuo ponere et plantare debeamus ubi necessum fuerit: et sicut iustum fuerit et omni annue memorate ambe petie

An. 1021.

de terra seminare debeamus: et super nos ipsum seminatum recolligere debeamus unde nullam nobis queratis aut tollatis *partem* tantummodo homni annue de memorata petia de terra arbustata qui est in campo maiore ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto vestro monasterio exinde terraticum dare et atducere debeamus in festivitate sancte marie de augusto mense de quale bictum ibidem seminaberimus idest terraticum modia sex vonum siccum tractum paratum usque intus porta memorati vestri monasterii mensuratum at modium iustum de comedendum sine omni amaricatione: et desuper quantum binum ibidem omni annuo nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietate: et ego et propriis meis heredibus exinde tollere debeamus alia medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigeris ego et propriis meis heredibus illos servare debeamus dies tres: et ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque: posteris omni annue illut traere debeamus ipsa medietate vestra gratis usque at illa obedientia vestra de memorato loco pumiliannum: et omni annue ego et propriis meis heredibus illut vindemiare debeamus at omni nostro expendium: binum at vibendum at ipsis operariis qui ibidem vindemiaberis comuniter demus: et per vindemias duas personas vestras cum caballum nutrire debeamus quomodo iustum fuerit: et at ipsum caballum dare debeamus omnem sera due quarte de ordeum: et quale tempore ipse arbustum fuerit totus pastenatus et vitatus ut dicat duas seum tertia personas qua bene siat pastenatus: tunc da inde in antea de ipsum terraticum mihi meisque propriis heredibus facere debeatis minus omni annue modia dua: et de ipsa terra de ipsa padule stetit nobis ut omni annue quodcumque ibidem dominus deus dederis in quolibet seminatus que ibidem seminaberimus tunc dividamus illos in quartam partem: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio exinde tollere et levare debeatis parte una quod est quarta: et ego et propriis meis heredibus exinde tollere et levare debeamus partes tres: et quandoque fuerit tempus de plena de aquas faciamus inde quomodo feceris ipsis aliis consortibus vestris qui in ipsa padule abueris: et ipsa sorte vestra qui vos tetigerit de ipsas frugias de ipsa padulem ego et propriis meis heredibus omni annuo vobis vestrisque posteris illut trahere debeamus gratis usque intus porta memorati vestri mo-

nasterii: et quandoque illos at recolligendum benerimus una personas vestra cum caballum nutrire debeamus ut iustum fuerit dum in unum recollisserimus: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio mihi meisque propriis heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas bene ego et propriis meis heredibus illos lavorantes et omni annue pargiantes et omnia memorata atimplentes ut super legitur: excepto si memorata obedientia vestra ordinaberitis et illos vos et posteris vestris lavorare volueritis clara facta veritate licentiam et potestatem abeatis mihi meisque propriis heredibus illos tollere: et quandoque ego et propriis meis heredibus memoratas integras duas petias de memoratas terras iuris memorati vestri monasterii ut super legitur abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare cum omni sua remelioratione: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata quarta indictione ✝

hoc signum ✝ manus memorato leone qui nominatur levorano quod ego pro eum subscripsi ✝

✝ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✝

✝ Ego gregorius Curialis testis subscripsi ✝

✝ Ego stephanus Curialis testis: subscripsi ✝

✝ Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata quarta indictione ✝

CCCXXI.

An. 1021. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus domini sergii gloriosi ducis et imperialis patricii. anno vicesimo primo et octabo anno domini iohannis gloriosi ducis filii eius die quintadecima mensis agusti indictione quinta amalfi. Certum est me blattu relicta ursi dentice a presenti die promtissima voluntate scribere et firmare visa sum vobis iohanne de amatu. hanc chartulam firmationis. pro eo quod venundedit vobis iohannes filius meus uncie due quem habuimus at falcuncellu in ipsa cripta et in ipsa terra vacua quem nobis et a predictis filiis meis obbenire habuit de predicta terra et de predicta cripta. et chartula vobis exinde ille fecit. iam quesivimus nos vos exinde. et fecimus vobiscum inde ordinem et convenientiam eo quod in ipsa chartula ego posita non fui. dedisti nobis exinde auri solidi sex et nos vobis exinde firmamus. ut qualiter ipsa suprascripta chartula continet quod vobis exinde predictus iohannes filius meus feci et taliter eos vos et vestris heredes habere debeatis. si quavis humana persona magna seu parva extraneas vel de genere nostro contra hanc chartulam venire presumpserit et nos vel vestris heredes exinde quesierit aut contra venit habeat illa persona anathema et maledictionem a patre et filio et spiritui sancto et partem habeat cum iuda traditore domini nostri ihesu christi et componat vobis auri solidos triginta et hec chartula sit firma imperpetuum et memoramus ut a parte de ipsis filiis nostris nos quind nolamus. et nullam requesitionem ab illis exinde habeatis. cum suprascripta obligata pena et maledictione ✝ ego sergius filio domini leoni canella testis sum

✝ Ego mauro filio sergio de constantino de leopardo testis sum

✝ Ego iohannes filius niceta filii torpatharisi testis sum

✝ Ego constantinus scriva scripsi.

CCCXXII.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi. Nono anno imperii domini heinrici invictissimi imperatoris augusti. mense martio quinta indictione. Ideoque ego petrus comes langobardus filius quondam landoni comitis langobardi. Declaro quia in presentia domini antonii cappellanii et missi predicti domini imperatoris. et domini benzonis missi eiusdem domini imperatoris. et coram eis residentibus adelmundus et petrus iudicibus huic civitatis capue. et in eorum presentiis adessent plures viros. Exhorta fuit causatio inter me et vós videlicet domino farolfo reberentissimo abbate monasterii beati laurentii levite et martiris christi situs intus hanc capuanam civitatem non longe a porta que appellatur capuana. vos denique pro parte suprascripti vestri monasterii et erga vobiscum habendo. agelgobisi abbate eiusdem vestri monasterii. de curte et terris que quondam fuerunt et pertinuerunt sellicti aurifici que esse videntur in finibus lanei loco qui dicitur porticu. Unde vos erga nobiscum habendo suprascriptum abbatem predicti vestri monasterii ostensistis michi in iudicium. una scriptione que est charta offersionis pertinente iamfati vestri monasterii que relecta continentur inter cetera quomodo aloara domini gratia principissa relicta bone memorie domini paldolfi gloriosi principis et filia cuiusdam petri comitis. una cum consensum et voluntate landenolfi principis. et gisolfi germanis filiis et mundoald suis in quorum mundium se esse agnoscebat. quam et pro mercede et salbatione anime supradicti domini paldolfi gloriosi principis viro suo. et pro mercede et redemtione anime bone memorie paldolfi principis filio suo. et pro mercede et salbatione animabus landolfi principis et atenolfi marchioni filiis suis et pro sua anima. per ipsa charta ipsa que supra aloara principissa cum volumtate supradicti landenolfi principis et gisolfi filiis et mundoald suis. offeruerat in monasterio suo vocabulo sancti laurentii constructo intro hanc capuanam civitatem propingu porta que dicitur capuana que supradictus dominus paldolfus gloriosus princeps viro suo a nobo fundamine inchoaverat facere et illum auxiliante domino compleverat. inter alia que ibidem leguntur. Ipsa curtę et terris suis de loco porticu que fuerant sellicti aurifici. et integris territoriis suis de loco campora que fuerant dometri aurifici. quam et inte- An. 1022.

gris territoriis suis de loco laneo que tando tenere bidebatur sellicta que fuerat uxor bruni. at possessionem predicti sui monasterii et de eiusque abbatibus atque rectoribus habendi et possidendi et dominandi et fruendi in omnibus eorum esset potestatis. In tali vero tenore et ordine ut quamdiu teneret lando filio lantelpaldi ipsa curte et terris de porticu que fuerant iamdicti sellicti aurifici. et sichelgardus teneret ipsis terris de iamdicto loco campora que fuerant supradicti dometri aurifici quatenus iamdictum monasterium tolleret et haberet fruendi nomine ipsa curte sua et terris de loco totuni. post obitum ipsorum qui supra landoni et sichelgardi et venirent in potestate et dominatione iamdicti monasterii iamdicta curte et terris de porticu et supradictis terris de campora que illa ibidem esse fuerat sicut supradixerat. et predicta curte et terris suis de supradicto loco totuni reberteret in potestate sua et in potestate filiorum suorum et de suorum heredibus. et cetera in omni ratione et ordine sicut in ipsa carta offersionis predicti vestri monasterii continet que scripta est per iohannem notarium. in quarto anno principatus. domini landenolfi gloriosi principis. mense aprelis quartadecima indictione. roborata per guisenolfum iudicem et alios testes. relecta vero carta ipsa offertionis causastis vos qui supra domino farolfo abbas pro parte supradicti monasterii erga nobiscum habendo supradictum abbatem supradicti vestri monasterii contra me dicendo. ut ego et servi mei per meam iussionem esse dissemus termines antiquos de iamdicta curte, et terris de suprascripto loco porticu que fuerunt et pertinuerunt suprascripti sellicti aurifici et predicti vestri monasterii esset pertinens per iamdictam cartam offersionis et fruges malo ordine inde tulissemus baliente usque at viginti solidos. ex qua ego erga mecum habendo iaquintum abbocatorem meum responsum dedi vobis dicendo ut fruges exinde tulissemus et quicquid mihi oportum fuisset ibidem fecissemus pro eo quod curte et terris ipsis essent per una scriptione mea que erat carta donationis quam tunc vobis in iudicium ostenseram. qui relecta continent inter cetera quomodo in quinto anno principatus. domini landenolfi gloriosi principis. mense iunio quartadecima indictione. Ipse supranominatus landenolfus et aloara domini gratia principibus. . tamen ipsa que supra aloara principissa una cum consensum et volumtate prefati landenolfi principis. quam et giselfi dilecti filii et mundoald sui in quorum mundium se subiacere agnoscebat. per ipsa carta do-

naverat mihi petri comiti filii lando comiti barbani sui. inclita curte et terris suis que erant prenominate nobem quem habebat in finibus laneo loco ubi dicitur at porticu que eorum erant pertinentes secundum suis rationibus prima petia fundo et campo uno se teniente que habent finis ab uno latere fine terra maraldi presbyteri filii   et fine subscripta petia habent inde in longum passus centum hocto et medium. aliu latere tenent in fine subscripta terra et fundu et in aliquantum coniuncgebat cum terra et fundu gautii aurifici et inde habent passus centum viginti et duo. unu capite tenent in terra paldolfi filii   habent inde per trabersum passus hoctoaginta et quattuor. aliu capite tenent in terra suprascripti gautii aurifici et inde habent passus quadraginta et sex. et quomodo rebolbebat per caput de eadem terra suprascripti gautii habent. ibidem passus duodecim. et iterum ibat circa terram eiusdem gautii et inde habent passus viginti et quinque. et sicut rebolbebat per caput de terra eiusdem guatii habent inde passus quattuor. et sicut at directum ibat circa subscripta terra et inde habent passus viginti et quattuor. Secunda petia ibidem quod erat fundo et campo uno se teniente finis habent. de uno latere fine suprascripta petia et fundo que erat campo habent inde in longum passus centum quattuor. aliu latere tenent in terra de filii dominici et de filii gilii et inde habent passus quinquaginta hocto et quomodo rebolbebat per terram de iamdicti filii gilii preexiebat usque in via commune habent inde passus quatuordecim. et quomodo ibat circa ipsa via habent inde passus triginta et hocto. unu capite tenent in suprascripta terra et fundo suprascripti gautii et subscriptum fundum habent inde per trabersum passus quadraginta et duo. aliu capite tenet in subscripta terra et inde habet similiter passus quadraginta et duo. Ipse fundo ad ipsu monumentu qui erat ibique coniuncto habent finis de uno latere fine suprascripta secunda petia et fundu. aliu latere tenent in via publica habent per singula latera in longum passus viginti et sex. unu capite tenent in suprascripta terra predicti gautii. aliu capite tenent in via commune habent per singula capita per trabersum passus decem et septem. Tertia petia ibique habent finis de unu latere terra ecclesie sancte marie et sancti georgii habent inde in longum passus ducenti quinquaginta et duo. et sicut rebolbebat circa terram de nepote adelmundi iudici habent inde passus duo. et iterum rebolbebat per caput de eadem terra de ipsi nepote

suprascripti adelmundi iudici et inde habent passus sexaginta nobem rebolbente per ipsa terra de iamdicto nepote adelmundi habent inde passus duodecim. et qualiter at directum ibat circa ipsa terra de iamdicto nepote adelmundi et badit usque in via publica et inde habent passus sexaginta et nobem. aliu latere tenent in terra ecclesia sancti marcelli et terra que fuerat suprascripti gautii et fine subscripta terra et fine terra predicti gautii et fine suprascripta prima petia et inde habent passus duocentos nonaginta quattuor. et quomodo rebolbebat per caput de terra suprascripti maraldi presbyteri et de nepoti sui habent inde passus decem. et sicut at directum ibat circa ipsa terra suprascripti maraldi presbyteri et inde habent passus triginta nobem. unu capite tenent in predicta via publica habent ibi per trabersum passus octoginta. aliu capite tenent in terra maraldi et inde habent passus quinquaginta et sex. Quarta petia ibique habent finis de uno latere fine suprascripta via commune et fine terra iubini habent inde in longum passus centum triginta et quattuor. aliu latere tenent in terra unde causationem habetis cum parte suprascripte ecclesie sancti marcelli et fine subscripta terra habent exinde passus centum quadraginta quattuor. unu capite tenent in terra suprascripti gautii et fine suprascripta secunda petia habent exinde per trabersum passus nonaginta et quattuor aliu capite tenent in subscripta petia quod erat intersico habent inde passus septuaginta. Quinta petia ibique coniuncta finis habent de unu latere fine suprascripta quarta petia. aliu latere tenent in suprascripta tertia petia habent per singula latera in longum passus centum viginti et tres unu capite tenent in terra suprascripti gautii habent inde passus quadraginta et sex. aliu capite tenent in suprascripta terra que fuerat gautii et inde habent passus quadraginta et quinque. Sexta petia ibique finis habent. de unu latere terra unde nos causationem haberemus cum parte iamdicti ecclesie sancti marcelli habent inde in longum passus septuaginta et sex. aliu latere tenent in terra suprascripti iubini. habent inde passus septuaginta et duo. unu capite tenent in suprascripta quarta petia habent inde passus septuaginta. aliu capite terra unde nos causationem haberemus cum parte suprascripte ecclesie sancti marcelli et inde habent passus viginti et nobem. Septima petia dicta at lama habent finis de unu latere terra suprascripti iubini. aliu latere terra suprascripte ecclesie sancti marcelli et terra lamberti habent per singula latera in longum passus centum viginti et duo.

unu capite terra unde causationem haberemus cum parte iamdicte ecclesie. aliu capite terra suprascripti lamberti habent per singula capita per trabersum passus triginta et duo. Octaba petia que dicitur de bassi presbyteru habent finis de unu latere terra suprascripti iubini et lamberti. aliu latere subscriptu intersicu et terra maraldi habent per singula latera in longum passus quinquaginta et nobem. unu capite tenent in suprascripta via commune habent inde passus viginti et nobem. aliu capite terra suprascripti lamberti et fine terra de suprascripti filii dominici habent exinde passus viginti et sex gubita dua. Ipsa inter se ibique coniuncta finis habent de unu latere fine suprascripta petia. aliu latere terra eiusdem maraldi. unu capite tenent in suprascripta via commune. aliu capite terra suprascripti maraldi habent per singula latera in longum passus viginti et sex. et per singula capita per trabersum habent passus septem. Nona petia dicitur at centum habent finis de unu latere terra suprascripte ecclesie sancte marie habent inde in longum passus quadraginta et unum. aliu latere terra suprascripti maraldi habent inde passus quadraginta dua. unu capite terra suprascripti maraldi habent inde per trabersum passus triginta hocto. aliu capite terra iubini filii petri habente inde passus triginta. et sunt at mensura de passu landoni seniori castaldi mensurate erant. hec autem superius dicte curte et terris qualiter superius de fine in fine indicate et mensurate erant. una cum arbores et cum omnia intro habentibus subter vel super et cum vie sue intrandi et exiendi. cuncta et integra eadem curte et terris michi qui supra petri comiti ipsos inclitum donaverat. at possessionem meam et de meis heredibus habendi et possidendi et faciendi exinde omnia que nobis placeret. unde infrascripte finis et mensuris sibi nec alicuilibet exinde nullam reserbaverat. set cunctum et integrum ipsos mihi donaverat ut dictum erat. et per eadem suorum donatione confirmandam iustam legem nostram langobardorum launegild receperat ipsis qui supra aloara et landenolfus dei gratia principibus. tamen ipsa que supra aloara principissa cum voluntate suprascripti landenolfi principis et gisolfi dilecti filii et mundoald sui. a me qui supra petrum comite. hoc est manicioli parium unum in omni decisione ea ratione quatenus amodo et semper ego qui supra petrus comes et meos heredes firmiter haberemus et possideremus integra suprascripta suorum donatione et faceremus exinde que nobis placeret: et obligarant

ipsis qui supra aloara et landenolfus principibus se et suis heredibus michi qui supra petri comiti et ad meis heredibus integra suprascripta donatione defendere et antestare semper ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem nobis ipsos defendere non poterent ut dixerat primis michi meisque heredibus se et heredes suos de colludio legibus iurare faceret. et sic nobis exinde faceret et complire deberent in omnibus sicut in lege langobardorum scriptum est de donum et launegild susceptum per pena obbligo componendum centum viginti solidos et cetera iusta ratione et ordine sicut in ipsa mea donationis carta continebat que scripta *erat* per agenolfum notarium et roborata per sadelgrimum iudicem et grimoaldum comitem et landonem comitem et madelfrit. Cumque iamdicta carta mea donationis fuit relecta et interrogatus ego diligentissime a supradictis iudicibus manifestavi ego in eodem iudicium coram ipsis prenominatis missis domini imperatoris et predictorum iudicum et omnibus qui ibidem *aderant* ut nullam aliam scriptionem haberemus de iamdictis curte et terris de suprascripto loco ubi dicitur porticu qualiter fuerunt et pertinuerunt quondam suprascripti sellicti aurifici de integrum vel exinde contra nos vel contra parte predicti vestri monasterii at causandum. nisi tantum ipsa mea quem dixi carta donationis que ut super vobis in iudicium ostenseram. Et tunc supradictis iudicibus diligenter et subtiliter exquisierunt illa et illa scriptio. et exquisite eas dicebant ut per legem ipsa mea carta stare non poteret eo quod in illo tempore quando carta ipsa continebat facta fuisset predictus lando genitor meus vivo erat quem et ego ita manifestabam vere quia eo tempore predictus genitor meus vivo fuisset. Ideo dicebant ipsi iudices ut per legem carta ipsa stare non poteret eo quod non dedissem ego exinde ipsum launegild per conserbandos iuxta legem filios aut filias legitimos aut naturales. unde fecerunt venire leges langobardorum et exquisita eas invenerunt in capitulo rothari regis continent. Item sicut nec patribus licitum est filios suos sine certa causa aut culpa exheredare ita nec filii liceat vivo patre res suas cuicumque thingare aut per quolibet titulum alienare nisi forte filios aut filias legitimos aut naturales habuerit ut ipsi secundum lege conserbet quemadmodum in ipsa lex continet. et propter quod fortior esse invenerunt ipsa carta offersionis predicti vestri monasterii de ipsa carta mea donationis unde dicebat ut postquam prius ipsa que supra aloara principissa

cum consensum et voluntate ipsorum filiorum et mundoalt suorum ipsos per ipsa carta offeruisset in iamdicto monasterio in eo tenore veluti in ipsa legitur carta offersionis postea nil habuissent illis exinde quod mihi darent per ipsa mea donationis carta. et insuper propter quod continebat in ipsa mea carta donationis ut si ipsos nobis defendere non poterent de colludio legibus iurare faceret. et quia in eadem lege continet in capitulo quem constituit liudprand ut si quis alii qualecumque rem donaverit et launegild susceperit et postea defendere minime potuerit tunc aliam talem rem qualem donavit qualis in illa die invenitur esse sed dat cui donavit et amplius non calumnietur. et si de colludio pulsatus fuerit satis faciat a domini vangelia quod nullum colludium cum alium hominem de ipsa causa factum habeat et sit solutus a culpa sic tamen ut suprascripta rem consimilem reddat cui donavit velut in ipsa lege continet. unde magna intentio inter nos exinde orta fuerat. et dum diutissime inter nos exinde altercaremus cum superatus ego inde per legem conticui ex qua eram ego vobis compositurus iuxta tenore legis de ipsum nostrum querimonium. sed ante quam ipsos inter nobis per omnia legibus finiremus per colloquium vonorum hominum pervenimus exinde inter nobis ad hanc convenientiam ut nos pro parte predicti nostri monasterii dimitteretis et relaxaretis mihi omnem compositionem et calumnia vel sacramenta de predictum vestrum querimonium. et ego rumpere et cassare vobis iamdicta carta mea donationis que inutilis esse apparuit et rupta et cassata ipsa aput vos remittere. et manifestare et concludere me ego vobis pro ordine combenientie iuxtam legem de integra iamdicta curte et terris de suprascripto loco qui dicitur porticu que aliter fuerunt et pertinuerunt quondam suprascripti sillicti aurifici in omni ratione et ordine qualiter hic inferius leguntur. et ideo ut combenientia ista secundum lege firmiter fieret convocavimus infra nobis supradictis iudicibus et subscriptos idoneos homines qui se nobiscum interesse dixerunt sicut in lege scriptum est de combenientia. et ita fecimus et firmavimus infra nobis exinde hanc convenientie cartam et tunc qualiter inter nobis combenit dimisistis et relaxastis vos qui supra domino farolfo domini gratia abbas pro parte suprascripti vestri monasterii cum consensum fratrum monachorum eiusdem vestri monasterii et erga vobiscum habendo suprascripto abbate iamdicti vestri monasterii. Idest integra omne compositione et calumnia vel sacra-

menta de predictum vestrum querimonium in omnibus ultra non sit inde requisitio per penam obbligamus iuxtam legem componendum vos vel successoribus vestris michi et at meis heredibus si eos remobere volueritis centum libras auri purissimi et combenientia ipsa qualiter secundum legem stare potest firma permaneat. Idcirco ego iamnominatus petrus comes langobardus qualiter inter nobis comvenit apprehensi gladio in manu mea et rupi et cassavi vobis in manus vestras pro parte predicti sancti vestri monasterii erga vobiscum habendo suprascriptum abbocatorem eiusdem vestri monasterii iamdicta carta mea donationis inutilis et sic rupta et cassatam ipsam aput vos remisi nullum roborem in ea habentem. et iterum qualiter inter nobis combenit ego qui supra petrus comes langobardus per hanc cartam combenientie secundum legem manifestum facio vobis qui supra domino farolfo reberentissimo abbate pro parte suprascripti vestri monasterii erga vobiscum habendo eodem abbocatore suprascripti vestri monasterii quia integra iamdicta curte et integris iamdictis terris de suprascripto loco qui dicitur porticu sic in integrum qualiter quomodocumque quondam fuerunt et pertinuerunt suprascripti sellicti aurifici ubicumque aut quomodocumque exinde in eodem loco inventum dederit. legibus sit pertinens predicti vestri monasterii per iamdictam cartam offersionis et pro aliis scriptionibus et rationibus ipsius vestri monasterii pertinentibus quibuscumque modis. et predicta carta offersionis veritosa est in omnibus que continet et mihi qui supra petri comiti nec ad meis heredibus curte et terris ipsis qualiter dixi in integrum vel exinde nullum est pertinens neque per scriptionem neque per possessionem nec per nullam aliam qualemcumque adinbenta ratione vel humana astutia. quia etiam manifestavi ego ut super in eodem iudicium ut nullam aliam scriptionem haberem ego de iamdicta curte et terris de suprascripto loco ubi dicitur porticu qualiter fuerunt et pertinuerunt quondam suprascripti sellicti aurifici de integrum vel exinde contra vos vel contra partem predicti vestri monasterii at causandum nisi tantum ipsa mea quem dixi carta donationis que ut super vobis in iudicium ostenseram. quem per ipsa comvenientia vobis rupi et cassavi qualiter prelegitur. et obligo ego qui supra petrus comes langobardus me et meos heredes vobis qui supra domino farolfo abbati et ad successoribus vestris taliter ut amodo et semper taciti et quieti maneamus ego et meos heredes contra vos et contra suc-

cessoribus vestris de integra iamdicta curte et de integris iamdictis terris de quibus me vobis ut super manifestavi qualiter prelegitur. ita ut neque per scriptionem nec per possessionem neque per nullam aliam qualemcumque adinbenta ratione vel humano ingenio de integrum ipsos qualiter dixi vel exinde contra vos vel contra successoribus vestris causare vel contendere non queramus. et tacitis et quietis exinde faciamus esse et permanere amodo et semper ego et meos heredes contra vos et contra successoribus vestris omnibus illis hominibus vel partibus qui pro parte vel datum meum vel de meis heredibus de integrum ipsos qualiter dixi vel exinde causari vel contendere quesierint contra vos vel contra successoribus vestris quibuscumque modis quia ita inter nobis exinde comvenientia fecimus. Si autem ego qui supra petrus comes langobardus vel meos heredes hanc cartam combenientie de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium remoberi quesierimus et non compleberimus vobis vestrisque successoribus ea omnia qualiter prelegitur centum libras auri purissimi pena me vel meos heredes vobis vel ad successoribus vestris componere obligo et hec carta combenientie de quibus continet qualiter secundum legem stare potest firma permaneat. et taliter ego qui supra petrus comes langobardus qualiter inter nobis comvenit secundum legem feci. et te petrum notarium qui interfuistis scribere rogavi. Capua

† Antonius qui supra cappellanus et missus domini Heinrici piissimi vel invictissimi imperatoris augusti interfui et subscripsi

† Ego qui supra bentio missus domini imperatoris interfui et subscripsi

† ego qui supra adelmundus iudex

† ego qui supra petrus iudex

† ego petrus iudex

CCCXXIII.

An. 1022. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore: anno sexagesimo tertio: sed et constantino frater eius magno imperatore anno sexagesimo die decima mensis septembri indictione sexta neapoli: Certum est me maria qui marenda clamatur filia quondam domini bitaliani cognomento arvomacculo: relicta autem quondam domini sergii cognomento de gintile: A presenti die promtissima volumtatem: venumdedi et tradidi tivi iohanni ferrario qui nominatur corbulo filio quondam petri ferrarii qui nominatur corbulo: idest integra una petia mea de terra que nominatur at correlari: posita in loco qui nominatur casole: una cum intersicum suum et cum ex parte de scapula ibique coniunctum parte occidentis et cum palmentum frabitum et subscetorium suum: qui in ipsum intersicum exe bidetur: et qualiter descendit et badit da ipsa clusuria usque at cilium de alia scapula qui fuit de illum botrantinum qui modo abes bono ferrario previgno suo: insimul una cum arboribus et fructoras suas et cum portione mea de piscina comune: qui est iusta ipsa clusuria: et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus: pertinente mihi per comparatum per chartulam comparationis mea membranis scripta que mihi exinde fecit iohannes filium quondam domini stephani qui nominatur pappamaurontum postmodum vero monachi: cum consensum maria amalfitana conius sua et at memorato iohanne pertinuit per comparatum per alia chartula comparationis que at eum exinde fecit stephano qui nominatur rindininum filium quondam petri herarii rindininum postmodum vero monachi et maria iugales: et at eis obbenit a quondam leone herario filio marini botrantini: et at ipso leone pertinuit per chartulam comparationis sua que ad eum exinde fecerunt stephano et bono germanis filiis quondam petri morci milite de casole: et da summo filio quondam iohanni thio et nepotes: memorato quondam summo pro vice stephano puerulo nepote suo filio iohanni germani sui: quibus ipse chartule cum unum dispositum qui in presentis dedi pro tua et de tuis heredibus defensione: memoratum dispositum fecit quondam drosum filia quondam boni presbyteri conius memorati leoni ferrarii continente quommodo donabit ipsa drosum at memorato leo viro suo inte-

gra quarta parte falcidii sui que ad ipsa drosum obbenire debuit : et coheret sivi at memorata clusuria ab uno latere caba pubblici : et de alio latere est terra tua memorati iohanni ferrarii sicuti inter se sepis et fossatus exfinat : et de uno capite est atrium de memorata piscina comune unde ipsa portione mea qui venumdedi: seum et fundiciolum tuum memorati iohanni ferrarii sicuti inter se egripus et parietina seu sepis exfinat : et at memoratum intersicum in qua est ipse palmentum est ex parte ex ipsa clusuria que tivi superius venumdedi: et a foris ipsum intersicum est memorata scapula: et a parte occidentis coheret terra mea que in mea reserbavi potestatem: sicuti inter se sepis exfinat : et a parte meridiana est memorata scapula qualiter descendit usque at ipsa terra memorati boni ferrarii : De quibus nehil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personas quod apsit commisi aut iam commicto potestatem : set a nuc et deinceps prenominata memorata clusuria mea de memorata terra cum memoratum intersicum in qua est memoratum palmentum et cum memorata scapula cum portione mea de memorata piscina cum atrium suum quantum ad oc pertinet et cum arboribus et fructoras suas et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus a me tivi sint venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem : et neque a me memorata maria qui marenda clamatur neque a meis heredibus nec a nobis personas summissam nullo tempore numquam tu memorato iohanne ferrario qui nominatur corbulo aut tuis heredibus quod apsit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestiam per nullum modum nec per summissam personas a nuc et in perpetuis temporibus : insuper et ab omni hommines hommique personas homni tempore ego et heredibus meis tivi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus hostendente tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus memorate quatuor chartule cum memoratum dispositum que tivi dedi at relegendum et fine faciendum ubi necessum abuerimus et sic tivi tuisque heredibus illos antestare et defensare debeamus : propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seum deliberatione : idest auri solidos duodecim de tari ana quatuor tari per solidum sicut inter nobis combenit : Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personas : tunc compono ego

et heredibus meis tivi tuisque heredibus auri solidos viginti quatuor bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata sexta indictione † hoc signum † manus memorata maria qui marenda clamatur relicta memorati quondam sergii de gintile ego qui memoratos pro eam subscripsi et memoratos solidos traditos

† ego petrus filius domini cesarii rogatus a suprascripta maria testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes curialis rogatus a memorata maria testis subscripsi et memoratos solidos tradidos bidi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripta maria testi subscripsi et suprascriptos solidos tradidos bidi †

† Ego sergius Curialis qui memoratos post subscriptione testium Complevi et absolvi per memorata sexta indictione †

CCCXXIV.

An. 1023. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore: anno sexagesimo tertio: sed et constantino magno imperatore frater eius anno sexagesimo: Die sexta decima mensis iunii indictione: sexta neapoli: Certum est nos petrum secundicerium filium quondam stephani qui super nomen cyti et cesarium filium quondam donati de loco qui vocatur arinianum ego memorato petro secundicerio pro vice mea tam pro vice gregorii cognati mei abitatoribus autem in loco qui vocatur campo rommani quod est foris flubeum: A presenti die promtissima vulumtate promictimus vobis domino prancati venerabilem igummeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapictam quod est in biridiarium vestraque sanctam et venerabilis vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. propter integra silva memorati sancti et venerabilis vestri monasterii qui nominatur et ponitur ad illu flatum quod est in montem besubei. quantum est super bia publica et subtus ipsa bia. Una cum scapulis et ribis et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus: Coherente sibi ab uno latere est reliquum ex ipsa silba vestra et ribo vestro qui nominatur de lepore quem in vestras

reserbastitis potestatem: sicuti aquas exfinad: et ex alio latere est ribo qui nominatur de corboro sicuti aquas exfinad: De uno capite est terra vestra quem ego memorato cessario a vos ad pastenandum tenere videor sicuti ibidem bia et lavinarius exfinad. et a foris ipsa bia est coniolum vestrum quem in vestra reserbastitis potestatem: ad vero alio capite terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se termines exfinad: quem vero memorata silba vestras qualiter nobis illas per memoratas coherentias exegregatis ud super legitur nobis nostrisque heredibus illas dedistis ad laborandum et detinendum et ibidem insertetum faciendum: In eo enim tenore quatenus debeamus nos aud heredes nostris illas omni annuo abto tempore subtus et super bene diligenter lavorare et escolere seu ad meliorem cultum perducere in omnibus vene ud expedid insertas vero ibidem omni annuo ibidem insertare debeamus ubi necessum fuerit: et ud iustum fuerit: omnia et in omnibus queque omni annuo ibidem necessum fuerit inferius et superius indiguerimus nos et heredes nostris illos facere et peragere debeamus ad omni nostro expendio: et omnia quodcumque ibidem nobis deus dederis in quolibet seminatum super nos illos tollere et abere debeamus unde nullam partem nobis exinde queratis: insertas vero quantas omni annuo ibidem deus dederis a tunc nos et heredes nostris illas colligere debeamus et illas inter nobis dividere debeamus per sex uncias vos autem aud posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde tollere et percipere debeatis uncias sex et nos aut heredes nostris exinde tollere et percipere debeamus similiter uncias sex: et ipsas sex uncias nostras inter nobis dividere debeamus per medietate ego memorato cesario exinde tollere debeas medietate et ego memorato petro secundicerio cum memorato gregorio cognato meo nostrisque heredibus exinde tollere debeamus similiter medietatem: portiones vero vestras ex ipsas insertas quandoque illas collisserimus tunc nos aud heredes nostris vobis illas traere et adducere debeamus usque intus obedientia vestras sancti basilii ibique in ipso loco gratis absque omni ammaricationem: et nunquam presummetis vos aut posteris vestris memorato sancto et venerabilis vestro monasterio nec abeatis licentiam aliquando vobis vestrisque heredibus ipsum insertetum tollere per nullum modum nec per summissam personam nos vene illas lavorantes et adimplentes omnia memorata ud super legitur: Insuper omni tempore vos et posteris vestris

memoratoque sancto et venerabilis vestro monasterio nobis nostrisque heredibus exinde ab omnes homines omnique personas in omnibus antestare et defensare debeatis absque omni nostras heredumque nostrorum qualivet damnietatem nullam nobis exinde mittentes occansionem: Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aut heredes nostris quobis tempore contram anc chartulam promissionis ud super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aud summissam personam tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabilis vestro monasterio auri solidos triginta sex bythianteos: et hec chartula promissionis ud super legitur sid firmam scriptam per manum petri curialis per indictionem: memoratam sextam †

Hoc signum † manus memorati petri secundicerii pro vice sua tam pro vice et memorati gregorii cognati sui signum † manus memorati cesarii quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsit: †

et oc memorati sumus ud quandoque ibidem glandes abueris aud qualecumque fructus ibidem deus dederit tunc nos et heredes nostris illa colligere debeamus et illas vobiscum et cum posteris vestris dividere debeamus per sex uncias vos et posteris vestris medietate et nos et heredes nostris medietate et ipsas sex uncias vestras vobis posterisque vestris traere debeamus usque intus memorata hobedientia vestra gratis et quandoque ibidem escas abueris post ipse inserte colligere licentia et potestatem abeatis vos et posteris vestris ibidem porci vestri ponere absque omni nostras ammaricationem et nos licentiam abeam abeamus ibidem porci nostri ponere: †

† ego iohannes filins domini stefani testi subscripsi †

† εγω κεσαρειυς Φειλειυς δω ιοαννει τεστει σουβ †

† Ego gregorius Curialis: testis subscripsi †

† Ego petrus curialis Complevi et absolvi per indictione: memorata sexta: †

CCCXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno sexagesimo tertio sed et constantino frater eius magno imperatore anno sexagesimo: die vicesima mensis iunii indictione sexta neapoli: Certum est me petro qui nominatur rappulo filio quondam voni abitator in loco qui vocatur arinianum foris flubeum: A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino pancrati venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui atpellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta santa et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter una terra vestra que abetis in illum monte bestrum qui est in monte besubeo: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere est campum bestrum iuris memorati *sancti vestri monasterii* que lavorat iohanne presbytero filio stephani presbyteri: sicuti inter se............ terre quomodo aquas exfinat: et in capite ex ipso ribo vestro est iterum terra vestra memorati vestri monasterii que lavorat memorato iohanne presbytero: et de alia parte est via qui badit per terra vestra memorati vestri monasterii qui descendit ipsa via at nonnaria et salit eadem via usque at ecclesia domini et salvatoris: de uno capite a parte de subtus quomodo descendit ipsa terra..........de illum coniolum qui dicitur murcum: et de alio capite a parte de supra est terra vestra memorati vestri monasterii que in vestra reservastitis potestatem: quas vero memorata terra vestra qualiter per memoratas coherentias eos exegregavimus iuris memorati vestri monasterii sicuti et quomodo illut continet firmissima chartula securitatis vestra que de ipsum monte et terris abetis: nobis nostrisque heredibus dedistis at lavorandum at detinendum: etiam et inclitum illum insertetum bestrum que ibidem in ipsis terris vestris et in ipsum monte vestrum abetis in vestra memorati vestri monasterii reservastitis potestatem: in eo tenore ut memorata terra vestra qualiter per fines exegregatum est ut super legitur in mea meisque heredibus sint potestate *abendi* et dominandi seum lavorandi

An. 1023.

et seminandi et scoropandi et at meliorem cultum perducendi in omnibus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et vites ibidem omni annuo ponere et plantare debeamus ubi necessum fuerit et sicut iustum fuerit: etiam et ubi ibidem potuerimus castaneas et insertas: pastenare tunc illas ibidem pastenare debeamus: et ipsum seminatum que ibidem seminaberimus super nos illos recolligere debeamus unde nullam nobis exinde tollatis per nullum modum: tantummodo homni annue ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris exinde terraticum dare debeamus de que ibidem bernoticum seminaberimus sicuti tulleritis de aliis omminibus de memorate alie terre vestre de memorato monte bestrum bonum siccum tractum paratum usque intus memorato vestro monasterio mensuratum at illum modium cum que tulleritis de ipsis terris vestris de memorato monte sine omni amaricatione: et desuper quantum binum ibidem omni annue nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietate: et ego et heredibus meis similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra ego et heredibus meis omni annue vobis vestrisque posteris traere debeamus gratis usque at illa obedientia vestra sancti basilii de nonnaria: et ego et heredibus meis illos vindemiare debeamus at omni nostro expendio: et per vindemias una personas vestra nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum bindemiaberimus: et si per tempore ibidem castaneas aut insertas abueris tunc omni annue dividamus illas inter nobis per medietate: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietate: et ego et heredibus meis similiter alia medietate: et omni annue ego et heredibus meis illos colligere debeamus: et ipsa medietate vestra exinde omni annue ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris traere debeamus usque at memorata obedientia vestra sancti basilii et ubi ipse pastinus factus fuerit et ipsum binum diviserimus inter nobis ut super legitur tunc ipse terraticus moriantur: et quandoque ibidem glandes abuerit ego et heredibus meis illes colligere debeamus: et dividamus illes inter nobis nostrisque posteris seum heredibus per medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigeris ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris omni annue illes traere debeamus gratis usque at ipsa obedientia vestra ut super legitur: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato sancte

et venerabili vestro monasterio mihi meisque heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: vene ego et heredibus meis illos lavorantes et pastenantes et omnia memorata atimplentes quomodo superius legitur: set de ipsum insertetum bestrum que ibidem abetis in vestra siat potestate ut super legitur: et quandoque ego et propriis meis heredibus illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio illos abrenuntiare pastenatum et vitatum et cum omni sua meliorationе quia ita nobis placuit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et propriis meis heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata sexta indictione †

hoc signum † manus memorato petro qui nominatur rappulo quod ego pro eum subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testis subscripsi †

† ego stefanus filius domini cesari testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata sexta indictione †

CCCXXVI.

An. 1024. ✝ In nomine domini anno tricesimo hoctabo principatus domini landolfi gloriosi principi et quartodecimo anno principatus domini paldolfi filii eius mense november hoctava indictione Ideoque nos i sumus dodato. et *landolfo filii* quondam dodati. qui sumus commorantes in cibitate caputmarini declaramus nos habere rebus et terra vacua et vineis. et pomis fructiferis et infructiferos arbores. et orta in locum qui vocatur carrcerelle. prope ipsa cibitate caputmarini. ubi edificata atque dedicata esse videtur ecclesia ad honorem dei et vocabulo beati martini confessoris. cum libris. et ornamentis eiusdem ecclesie. et cum casis et cellis edificate atque ibidem ad hedificandum esse videntur. tota et inclita tertiam partem ex predictis rebus et ex predicta ecclesia. et cum omnibus pertinentiis vel subiacentiis eiusdem ecclesie. et declaramus nos habere una petia de vinea et terra vacua uno teniente que est propria nostra. prope ipsa iamdicta ecclesia pertinente nobis a supradicto genitore nostro. Nunc autem compulsi sumus divina dei omnipotentis misericordia pro salutem et redemtione anime nostre. et anima predicti dodati genitori nostro. et anima iohanni diaconus qui fuit germano nostro ipsa iamdicta tertiam partem de predicta ecclesia sancti martini vocabulum cum tota tertia parte de libris et ornamentis. et casis et cellis edificate seu que ad hedificandum esse videntur et cum tote ipse rebus et terris et vineis et ortis et cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum inferius superius eiusdem ecclesie et ex predictis rebus quantum nobis exinde pertinet donamus et tradimus atque offerimus in ecclesia que est monasterio vocabulum sancti nicolai que fundatum est in finibus cibitatis caputmarini prope ipso fluvio de sapione. que adam venerabilis abbas a nobo fundamine construxit. Set audientes illut rogata genitrice nostra que supra germani et acza uxor mea qui supra dodati valde nos obsecrare cepit ut quartelle illorum quod inde percepture sunt una nobiscum donare et tradere atque offerire illam in ecclesia que est monasterio vocabulum sancti nicolai. nos autem preces illorum benigne audivimus. quapropterea nos prefate mulieri rogata et acza quam et nos nominati dodato et landolfo filii et mundoalt eius que supra rogata. et ego dodato viro et mundoalt eius que supra acze. Ideo dum hoc congruum est nobis bona

etenim nostra bolumtatem et per firma stavilitatem interesset gisolfo iudice. et giselberto iudice aliique boni hominibus. per hoc quoque videlicet scriptum. donamus et tradimus atque offerimus in prefata ecclesia quod est monasterio sancti nicolai. tota et inclita ipsa supradicta nostra tertia partem ex predicta ecclesia et ex predictis rebus quantum nobis exinde pertinet in omni transacto ed semper habendum. et ipsa suprascripta nostra petia de vinea et terra vacua offerimus in ipso supradicto monasterio. exceptuavimus inde una petia de terra quod nobis pertinet pro monimen da pars iohanni de castropiniano. Unde exinde nec nobis qui supra germani neque ad heredibus nostris neque ad nullum quempiam hominibus nullam exinde non reserbabimus amplius nisi ipsa petia de terra quod supra exceptuabimus portione requirendi. Set quomodo superius diximus una cum inferius superius eiusdem ecclesie ex predictis rebus tam in longitudo quam in latitudo. et cum omnia infra se habentes atque cum legitima trasita et exita sua. integra damus et tradimus atque offerimus tota et inclita supradicta nostra tertiam partem in predicta ecclesia que est monasterio sancti nicolai ad habendum et possidendum et exinde eius rectoribus faciendum quodcumque voluerit. ea ratione ut hamodo et semper hanc nostra offertione qualiter prelegitur prefato monasterio eiusque rectoribus. habere et possidere securiter licead faciendum exinde omnia quod voluerit. quod si aliquando tempore nos qui supra germani aut nostros heredes cum prefato monasterio aut cum eius rectoribus causare vel contendere voluerimus de hanc supradicta nostra offertione volendum exinde aliquod tollere vel eximinuare per quacumque modis. vel ingenio. et non defensaverimus illam prefati monasterii vel ad eius rectoribus ab omnes homines omnibusque partibus. Obligamus nos et nostros heredes dare in prefato monasterio vel ad eius rectoribus centum solidi constantinianos ex auro. et taciti maneamus exinde invitis. atque pro invitis defendamus illam prefati monasterii vel ad eius rectoribus. ab omnes homines omnibusque partibus. pro quibus hunc scriptum offertionis scripsi ego ildebrando notarius rogatus a suprascriptis germanis. in cibitate caputmarini. Felice

† ego qui supra gisolfus iudice

† ego giselberto iudice

† ego adelperto

† ego benedicto

CCCXXVII.

An. 1025.

✝ In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domini guaimarii gloriosi principi et septimo anno domini guaimarii eius filio gloriosi principibus mense martio quarta indictione. ideoque ego iohannes cutilinu filius petri pecorarii de liciniana bona etenim mea bolumtate per anc chartulam do tibi domino stefani benerabili abbati monasterii ecclesie sancte marie que appellatur ad illa spelea iusta monte besubei quemquam quotdam domnus martinus abbas annobos construcsit fundamine et cumte vestre congregationis monachorum suprascripti vestri monasterii una parte mea de integra una pecia de terra posita ad bineale de lea ibi ipso posita in liciniana abente fines de uno latere terra maraldi pecorarii thio meo et guiso et gillo exadelfi germani mei quem vos tenetis ad pastenandum quot sunt due partes et sunt passi sexaginta quactuor de alio latere terra de ipsi appiani de neapoli quem tenunt eredes ad idem iohanne de matrona sunt passi quinquaginta nobe desuper capite terra sancti martini et terra de ipsi papa sunt passi biginti trex. de supto capite terra de omica et sunt passi biginti et uno. et nominata terra integra una es iamdicta parte mea qualiter fines eius predicti sunt et passi mensurati vobis qui supra nominati domini stephani benerabili abbati et cumte vestre congregationes monachorum supradicti vestri monasterii sancte marie damus ad pastenandum ut apto tempore bene et diligenter illut lavoretis et pastenetis arbores et olibe iusto et legitimo hordine ut pareat bene lavoratum et pastenatum suptus et desuper et laboretis illos cum vestros vobes et ad manum apto tempore et quando beneritis ipsa terra ad seminare ambas partes ibidem sementem ponere debeamus et nos illut et eredibus nostris ea potare et coltare debeamus et nos illut metere debeamus ad omne nostrum expendium et nos illut tritulare debeamus set vos et posteris vestris nobis nostrisque eredibus exinde illut deducere debeatis ad area nostra in suprascripto loco. et quocumque fructum dominus deus dederit dibidamus illut inter nobis per medietatem et per tempus biademie bino mundo et saccapanna seu olibas et glandas que ibidem dominus deus dederit dibidamus illut inter nobis per medietate et vos et posteris vestris illut bindemiare

debea debeatis et ipse olibe colligere ad omni vestrum expendium et ipse arbusto et olibeto insurto fuerit iusto ordine dividamus illut inter nobis vos et posteris vestris et suprascripto vestro monasterio sancte marie medietate et nos et eredibus nostris alia medietate ipsa medietate vestra in vestra sit potestate queque exinde facere bolueritis medietate vero nostra de ipsa terra arbusto et oliveto si aliquando tempore benerimus illut ad bindendum non abeamus licentiam bendere alteri omini nisi vobis vestrisque posteris et a suprascripto vestro monasterio. et exinde obligo me ego qui supra nominato iohanne cutilino obligo et meis eredibus vobis domini stefani benerabili abbati. et suprascripte vestre congregationis monachorum suprascripti vestri monasterii et ad vestris posteris. et nominata ipsa terra qualiter finis eius predicti sunt et passi mensurati ab omnibus ominibus antistare et defendere promittimus et obligamus quod si minime hantistare et defensare noluerimus aut si nos ipsis forsitan per quobis ingenio eos remobere vel dirrumbere quesierimus obligati siamus nos et nostris eredibus vobis vestrisque posteris et in suprascripte vestre congregationes monachorum suprascripti vestri monasterii ad componendum quinquaginta aurei solidi constantiniani et defensemus illut omnique tempore pro inbitis in suprascripta ratione unde qua per bona combenientia guadia vobis dedimus et mediatore vobis posuimus maraldo pecoraro filio sapatini et iohanne curczone filio sarni de suprascripto loco liciniana quam et te petrus presbyter et notarius scribere rogabimus in suprascripto loco palma.

† Ego iohannes

† Ego amato.

CCCXXVIII.

An. 1025.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo quinto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno sexagesimo secundo: die tertia mensis aprilis indictione octaba neapoli: Certum est nos cicino qui nominatur russo filio quondam palumbi qui fuit habitator de loco qui vocatur arcupintum: et gregorius qui nominatur capuburria sancte neapolitane ecclesie filio quondam leoni hoc est cognatis abitator in loco qui vocatur casa aurea ipsius neapolitane ecclesie: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino gregorio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta santa et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integris terris vestris memorati vestri monasterii positis super clibum in loco qui vocatur paternum ad sanctum petrum quod sunt nominativis primo campo vestro qui nominatur at illa casula: et alia petia qui dicitur de domino andrea et alium campum bestrum qui nominatur at illum felice quarta vero petia qui est coniunta a capite de illo fundo vestro maiore quibus vero ipsum fundum maiore in vestra reservastis potestate quinta petia qui est in capite de illa carraria: sexta vero petia qui dicitur ille fundiciolum pictulum: insimul una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum portione vestra de illa piscina maiore comunalem de memorato loco paternum qui est iusta ecclesia sancti petri apostoli obenit memorato vestro monasterio et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus quas vero memoratis prenominatis terris cum omnibus sivi pertinentibus: ut super legitur excepto memorato fundo vestro maiore ut super legitur nobis nostrisque heredibus dedistis in colligio at lavorandum at detinendum: in eo tenore ut abto tempore nos et heredibus nostris illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliorem cultum perducere debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et vites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fuerit et sicut iustum fuerit: et omni annue de nostra semente

illos seminare debeamus : et ipsis arvoris trappare et propinare et potare seu conciare debeamus quomodo iustum fuerit et. meruerit : etiam et ego memorato cicino et meis heredibus in memoratum fundum pictulum super ibidem abitare et residere debeamus et casa et area seum ortum et reditas ibidem facere et abere debeamus set ego memorato cicino et meis heredibus de memoratis terris que nobis dedistis ut super legitur tenere et lavorare debeamus parti due : et ego memorato gregorio capuburia et meis heredibus tenere et lavorare debeamus parte una quod est tertia et omnia quodcumque nobis nostrisque propriis heredibus deus dederis in quolivet seminatus que ibidem de subtus fecerimus super nos illos tollere et levare debeamus unde nullam sortem aut partem nobis nostrisque propriis heredibus exinde non queratis aut tollatis : tantummodo omni annue nos et propriis nostris heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde terraticum dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense de quale victum ibidem seminaberimus modias trigintas vonum siccum tractum paratum usque intus memorato vestro monasterio gratis mensuratum ad modium iustum de comedendum sine omni amaricatione : et omni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris dare et atducere debeamus unum carrum de palea vona trilicia tractum intus memorato vestro monasterio : insuper et omni annue in festivitate sancti sebastiani nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris dare et atducere debeamus intus memorato vestro monasterio pictie bone munde iuste viginti sine omni amaricatione : unde ego memorato cicino et meis propriis heredibus ex omnibus memoratis dare et persolbere debeamus omni annue partis due sicuti exinde lavoraverimus : et ego memorato gregorio capuburria et meis propriis heredibus dare et persolbere debeamus parte una quod est tertia sicuti exinde lavorabero : set ipsa medias triginta terraticum omni annue dare debeamus de triginta unum modium de terra per passi mensuratum : et quantum superfluum plus fuerit memoratis terris de triginta unum modium per passi tunc per ratiocineas vobis vestrisque posteris omni annue plus terraticum nos et propriis nostris heredibus dare et superiungere debeamus de ipsum superfluum sine omni amaricatione : et desuper quantum binum ibidem omni annue nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc

dividamus illos inter nobis per medietatem: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietatem et nos et heredibus nostris similiter alia medietatem: et ipsa medietate nostra inter nobis illut dividere debeamus in ordine sicuti de ipsis terris lavoraverimus: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigeris vos et posteris vestris illos exinde traere debeatis quomodo potueritis: et nos et heredibus nostris illut vindemiare debeamus at omnio nostro expendio: vinum at vibendum at ipsis operariis qui ibidem vindemiaeris comuniter demus: et ipsa medietate vestra memorati vestri monasterii omni annue servare debeamus in organeis nostris dies tres: et per vindemias duas personas vestras cum caballum bestrum nutrire debeamus quomodo iustum fuerit dum in unum bindemiaverimus: et at ipsum caballum dare debeamus per omnes seras dum nobiscum vindemiaberitis ordeum quarte due: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque propriis heredibus exinde iactare aut illos tollere per nullum modum nec per summissas personas vene nos et heredibus nostris illos lavorantes et pargiantes et omnia memorata atimplentes: ut super legitur: tamen si vos aut posteris vestris ipsa obedientiam in memorato loco hordinaveritis et ipsis terris ipse vestro monasterio lavorare potueritis per clara facta veritatem licentiam abeatis nobis nostrisque propriis heredibus illos tollere: insuper quandoque nos et nostris propriis heredibus illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare et exinde excotere omnia nostra causa sine omni contrarietate excepto sepis per giro ipso fundum pictulum que inde non bersemus: et ipsis terris abrenuntiare cum omni sua melioratione: quia ita nobis placuit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et propriis nostris heredibus vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata octaba indictione † hoc signum † manus memorato cicino qui nominatur russo: signum † manus memorato gregorio qui nominatur capuburria cognatis quod ego pro eis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ

† Ego stephanus Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi at absolvi per memorata octaba indictione †

CCCXXIX.

† In Nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi post hobitum constantini magno imperatore anno primo die quarta decima mensis aprelis indictione nona neapoli: Dispositum factum a me sergio naturali quondam domini gregorii inferni qualiter de omnis mea hereditate seu substantias de intus et foris inferius iudicabero firmum et stabile permaneat imperpetuum: qui dixi dispono primum homnium ut si mihi mors obenerit vendunt quidem dominus iohannes gundatitio filio quondam domini theofilacti gundatitio et domino pandolfo filio quondam domini iohanni de domino pandolfi hoc est distributoribus meis: Idest istum lectum meum hordinatum in qua ego quiesco cum culcitra et capitale cum indonas illorum in ibidem de pinna et cum lena caprina et cum homnem lectisternia sua et unum siscum meum scoplitum et illum bambace da meum bestire et homnes argatilias et pectines da tile traere masculini et cui illos vendideris firmum et stabile permaneat imperpetuum et pretium quem exinde detuleris distribuantur et perficiantur illos pro anima mea in oc ordine: in primis homnium ana tres tari exinde dentur at quidem anna et mariola quas ego procreabi in quidem maria et drosu: et duos tari exinde dentur at domino benedicto venerabili presbytero spiritali patri meo: et duos tari exinde dentur in illum cilicium: unum tare pro istum meum dispositum at recolligendum: et exiat exinde illa septima et homnem opsequias meas pro corpus meum sepeliendi reliqum vero pretium qui exinde remanserit: tunc sia in potestatem de memoratis meis distributoribus distribuendi illos pro anima mea ubi ipsis melius prebiderint: et reliquas vero homnes mobilias meas post meum obitum sit de quidem maria genitrice mea faciendi que voluerit: et si bolumtas dei fieri et ego at monasterium perrexero me monachum faciendum faciat me monachum in monasterio sancti sebastiani: et homnes terras meas huna cum illum fundum meum que abeo at malitum foris illum An. 1026.

fossatum publicum: et homnes terras meas que abeo illoco qui vocatur pischinule insimul una cum arboribus et introitas earum homnibusque eis pertinentibus: sit offertum et traditum in memorato monasterio at abendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum tantumodo debeat ipse monasterio: dare medietate de frugias ex ipso fundo et terras at memorata maria genitrice mea bite sue asque homni data hoccansione: post vero suum transitum in memorato monasterio remanere debeat ut super legitur: dispono abeat sancta neapolitana ecclesia pro luminaria hasque iniuria hauri trimisse unum neapolitanum: Si quis autem quabis personas contra hunc meum dispositum ut super legitur venire presumserit quos eum in quacumque parte inritum vel bacuum facere quesierit: et in aliquit hoffensus fuerit per quobis modum aut summissas personas tunc componat pars ipsius infidelis et suis heredibus: a partem fidem serbantis eiusque heredibus auris solidos triginta bythianteos: et unc meum firmissimum dispositum ut super legitur sit firmum scriptum per manum iohannis curialis scribere rogatus per memorata nona indictione † hoc signum † manus memorati sergii inferni quos ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscrispi †

† ego sergius filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata nona indictione †

CCCXXX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo sexto : sed et constantino frater eius magno imperatore anno sexagesimo tertio : die tertia mensis magii indictione nona neapoli: Certum est me petrum qui nominatur gallitula filium quondam ursi de fermosum abitator in loco qui nominatur pumilianum situm foris arcora dudum aqueductus : A presenti die promtissima volumtate commutabi et tradidit tibi sparano germano meo filio quondam pumiliani. abitator de memorato loco : idest integra una petia mea de terra que nominatur at pratora posita in memorato loco: una cum arvoribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus : coherente sivi ab uno latere et de uno capite terra macrini lagnese de memorato loco : de alio latere terra episcopii sancti felici nolani. et terra heredes quondam fermosi germani mei. ex alio capite terra memorati episcopii sancti felici et abet per unoquoque latere de longitudine ana passi quadraginta quatuor. et pro uno quoque capite abet de latitudine ana passi decem et octo. memorati passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: de qua nihil mihi intus ipsas coherentias et per iamdicta mensura exinde aliquot remansit aut reserbavit nec in aliena cuiusque persona quod absit commisit aut iam commicto potestatem: set a presenti die et deinceps a me tibi sint commutatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liverum exinde abeatis potestatem; et neque a me memorato petro neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nunquam tu memorato sparano germano meo aut heredes tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus : insuper omni tempore ego et heredes meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus : propter quot at vicem in commutatione recompensationisque accepi a te exinde in presentis. idest integra petia tua de terra que nominatur ad illa gruce posita in memorato loco. una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus : coherente sivi ab uno

An. 1026.

latere fundum heredes quondam guisi causamala: de alio latere terra de illi desicule. et de consortes suis qualiter inter se bia discernit: de uno capite bia pubblici qui nominatur sommese: ex alio capite terra iohannis filio quondam leoni pappahasinum: et abet per unoquoque latere de longitudine ana passi quinquaginta duos. et de latitudine abet per unoquoque capite ana passi quindecim memorati passi mensurati sunt at iamdictum passum ferreum predicte sancte neapolitane ecclesie: de qua nihil tibi intus ipsas coherentias et per iamdictos passos exinde aliquot remansit aut reserbastis. set a nunc et deinceps a te mihi sint commutatum et traditum in mea meisque heredibus sint potestatem queque exinde facere voluerimus livcrum exinde semper in omnibus abeamus potestatem. a te autem nec a tuis heredibus nec a vobis personis summissis nullo tempore numquam ego aut heredes meis abeamus exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum: nec per summissas personas in perpetuum: insuper omni tempore tu et heredes tuis mihi meisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeatis av omnis omines omnique personis quia sit inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam commutationis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas. tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque heredibus auri solidos viginti sex vythiantcos: et hec chartula ut super legitur: sit firma scripta per manus sergii curialis per indictione memorata nona †

Hoc signum † manus memorato petro quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata nona †

CCCXXXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro constantino magno imperatore anno sexagesimo quarto die nona mensis martii indictione decima neapoli: Antiqua consuetudo huius civitatis est ut qualecumque chartula aut dispositum vel testementum annotaberit qualecumque curialis aut notarius vel tabularius sive primarius et pro sua .... ud illud sternere et complere non concurrerit postea primarius qui huius civitatis prefuerit illa vel illud sternere et complere et firmum vel firma esset et permaneret ut pro occansionem neminem periret Nunc autem beneiunt mihi petro primario note alve de chartula effertionis quem scripsit quendam leo curialis set pro dibina bocationem minime illa sternere concorrit: proinde ego memoratus petrus primarius illa scribo et firmo in anc paginam ut de omnia qualiter continet firma et stabilis permaneat: et ipse note continent ita die vicesima mensis martii indictione quinta neapoli: Certum est me eupraxia filia quondam una cum consensu et bolumtate quidem iohanni viri mei: A presenti die promtissima bolumtatem: pro domini ammore et redemtionis anime mee et memorati viri mei: hoffero et trado vobis domino filippo venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium et at cuncta et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et per vos in illum grucixfissum que ego pingere feci et illum positum abeo intus ecclesia vestra sancti basilii qui est in illa obedientia vestra de nonnaria: idest integra una petia de terra nostra que vocatur fabale posita in loco qui vocatur ariniantm quod est foris flubeum una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere ribum quomodo aqua exfinat et de alio latere terra que tenet anna et filiis suis de uno capite terra gregorii filio sparani de memorato loco arinianum que eum pro pastenationem tetigit sicuti inter se terminis exfinat et de alio capite coheret terra memorati vestri monasterii sicuti inter se terminis exfinat: unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi set a presenti

An. 1027.

die in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere voJueritis semper in omnibus liberam abeatis potestatem : et neque a me memorata eupraxia cum consensu petri viri mei neque a meis heredibus nec a nobis personis nullo tempore numquam tu memorato domino filippo venerabili igumeno aut tuis posteris quod absit abeatis exinde quacumque requesitione aut molestia a nunc et imperpetuis temporibus insuper et ab omnis omines omnique personas in omnibus tibi tuisque posteris ego et heredibus meis illos antestare et defensare debeamus: Quia ita mihi bone volumtatis complacuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque posteris auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manu mea memorati petri primarii secundum consuetudine istius civitatis per memorata decima indictione. †

hoc signum † manus memorate eupraxie cum consensu memorati viri sui quod ego pro ea subscripsi †

† ιω †

† petrus †

† gg †

† Ego petrus primarius curie huius civitatis neapolis qui memoratos post subscriptionem testium quod hic manibus meis prenotabi eo quod in ipse scedula prenotatos non inbenit: proinde secundum consuetudine illa complevi et absolvi die et indictione memorata decima †

CCCXXXII.

Christe fave.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro constantino a deo conserbato monarchico magno imperatore anno sexagesimo quarto: die sexta decima mensis aprelis. Indictione decima neapoli: Certum est nos gustabile et landemri germanis filiis quondam gautii qui fuimus de intus laneo et amodo avitare videmus in loco qui vocatur maranum: pro vice nostra et pro vice gilio germano nostro: A presenti die promittimus tibi domine iohannes presbytero filio quondam custus vero ecclesie sancti seberi christi confessori situm in vico qui vocatur radio solis qui at gurgite dicitur regione summa platea. tu autem cum volumtate domini gregorii venerabilis igumeni monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiario. et de cuncta eius congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter integras tres petias de terras pertinente memorata ecclesia: iuris memorati monasterii: duas ex eas positas at sinianum: et alia posita at anianum utraque cum arvoribus et introitas suas omnibusque eis pertinentibus: coherente ab una ex ipse petie de terra de memorato loco sinianum de uno latere terra domini anastasii de seniorisssa: seu et terra domini stephani de calcara: de alio latere terra domini iohannis crispani: de uno capite via pubblica: ex alio capite: terra domini iohannis pisani: et ad ipsa alia petia de terra ibi ipsum at sinianum: coherente sibi da tertia parte terra memorati iohannis crispani. da quarta parte est via pubblica. et at memorata petia de terra de iamdicto loco. anianum iterum coheret sibi de uno latere terra domini petri sarangnuli: de alio latere via pubblica: de uno capite terra memorati domini iohannis crispani: ex alio capite terra heredum quondam domini stephani modiosolidos: quas nobis nostrisque: heredibus dedistis in colligio at lavorandum et at pastenandum: In eo enim tenore quatenus debeamus nos et heredes nostris eos omni annuo apto tempore subtus et super vene diligenter lavorare et excolere seu at meliore cultum perducere debeamus in omnibus vene ut expedit: caucumminas et vites omni annuo ibidem po-

An. 1027.

nendi et plantandi quatenus ibi sufficerint et ut iustum fuerit: et de nostra semente eos seminandi omnia et in omnibus queque ibidem per annuo necessum fuerit et indiguerimus nos et heredes nostris illut facere et peragere debeamus at omni nostro expendio: et quotcumque omni annuo nobis nostrisque heredibus ibidem deus dederit: in quolibet seminatum in nostra nostrisque heredibus sint potestatem faciendi que voluerimus. unde nullam parte tu aut posteris tuis nobis nostrisque heredibus exinde queratis: vinum vero quantum omni annuo ibidem deus dederit mundum et saccapanna per sexuncias inter nobis illut dibidere debeamus. tu et posteris tuis et memorata ecclesia exinde tollere debeatis medietate: et nos et heredes nostris alia medietate set nos et heredes nostris illut vindemiare debeamus at nostrum expendium: vinum vero at vibendum et lardum at condendum ad ipsius operariis qui illut vindemiaberis de comuni exinde exire debeas: portione vero vestra qui vos posterisque vestris ex ipsum vinum mundum et saccapanna tetigerint ut super legitur vos et posteris vestris exinde illut trahere faciatis set nos vobis illut conserbare debeamus in organeis nostris usque in dies tres. et quandoque per tempore vos vel posteris vestris ibidem at recolligendum veneritis aut direxeritis per ibsa vindemia duas personas vestras et caballum nos et heredes nostris nutrire debeamus ut iustum fuerit: set pro ipsum caballum vobis dare debeamus omni annuo per ipsa vindemia ordeum modium unum asque omni amaricatione: et nullatenus presumet tu aut posteris tuis vel memorata ecclesia nec abeatis licentiam nobis nostrisque heredibus illas tollere per nullum modum vene et diligenter nos et heredes nostris eas lavorantes et omnia memorata adimplentes ut super legitur. et quandoque nos aut heredes nostris tibi tuisque posteris et in memorata ecclesia illas abrenuntiare voluerimus: cum omnes eius melioratione licentiam abeamus si tunc illut vene fuerit arbustatum et vitatum ut iustum fuerit: Quia ita nobis stetit: si autem et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque vestris et in memorata ecclesia auri solidos tredecim bythiantheos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus stephani scriniarii discipulo domini leonis curialis scribere rogatus per indictione memorata decima † hoc signum † manus memorati germanis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† Ego gregorius filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego petrus curialis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego stephanus dudum scriptor nunc vero curialis qui memoratos post subscriptione testium complebi et absolvi per ista in qua sumus decima indictione †

CCCXXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: post defunctione Constantino Imperatore anno primo: die vicesima quarta mensis iulii indictione nona patheoli: Certum est me iohannes umilis presbytero greco et monacho: dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est: in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui atpellatur casapicta situm in viridiarium: una cum cunta sancta et venerabili nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima volumtatem promittimus tibi domino marino venerabili presbitero filio quondam iohannis abitator vero in oc castro patheolano: propter integra ecclesia nostra iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii vocabulo sancti petri qui est intus isto iamdicto castro iusta episcopio sancti proculi istius castri: ubi domino volentem: te ibidem custodem ordinavimus: in eo enim tenore quatenus a nunc et omnibus diebus vite tue memorata ecclesia nostra sancti petri in tua sit potestatem ea tenendi et dominandi: et ibidem die noctuque omnem officium sacerdotalem facere et exibere debeatis hoc est vesperos et matutinos seum missarum sollemnias et oris laudibus: sive ad ora aut ante ora vel post ora: et de luminariorum concinnationis per dominicorum dies et per festes faciatis ut aput deum et coram omminibus vobis exinde laus et mercis atcrescat: et pro alimoniis tuis dedimus et tradidimus tibi intus memorato castro et integra terra vacua nostra una cum gripta ibique coniunta parte orientis et cum terra nostra vacua super ipsa gripta posita in platea publica que nominatur curtense et pergit ipsa platea at sanctum An. 1027.

celsum: una cum aheribus et aspectibus suis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: et est coniuntum a parte septentrionis cum ortum heredes quondam domini marini archidiaconi: et cum ortum domini iohanni venerabili presbytero qui nominatur basubetrana: et de germanis suis: et a parte meridiana est coniuntum cum domum sergii boffa: seum et casa nostra que in nostra reservavimus potestatem: et a parte orientis est anditus comunalis: et a parte occidentis est memorata platea publica: seum dedimus tibi et integra una petia de terra ipsius ecclesie pertinentes posita in loco qui vocatur campana campese et est per passi modia dua et quarte due: coheret sivi a parte horientis est via publica: et a parte occidentis est monte nostrum qui salit at campilione: et a parte septentrionis est alia terra vestra que in nostra reservavimus potestatem: a parte meridiana est terra sicenolfo presbytero: de isto castro: seum abeatis et alia una petia de terra ipsius ecclesie posita ad arcum borrana: coheret sivi ab uno latere parte orientis est alia terra nostra memorati nostri monasterii que in nostra reservavimus potestate: et de aliis qui ibidem at fines sunt: et da tribus partibus est via publica: seum abeatis alie due petie de terra que nominatur at cinacclum ipsius ecclesie pertinentes: iterum abeatis et alia terra quod est coniolum: posita in loco qui vocatur lauritum: iterum et alia una petia de terra que vocatur ad argentarium: quod est per passi modium unum: et alia una petia de terra que nominatur at mollentiana: quod est per passi modium unum: insimul una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: hec autem ipsum nominatibum de intus ipso castello et da foris ipso castello ipsis terris qui nominatibum diximus ut super legitur. in tua omnibus diebus vite tue sint potestatem eos tenendi et dominandi seum lavorandi et at lavorandum dandi atque scriptis inferius et superius illos fruendi et comedendi et de ipsas omnes frugias faciendi que volueritis: et si aliquod in memorata ecclesia offertum vel datum fuerit sive a viribus vel a mulieribus: si fuerit movilem in tua sint potestatem faciendi que volueritis: si autem inmovilem fuerit aut terras vel tale causa pro hornamentum de ecclesia post tuum obitum ibidem remanere debeas: tantummodo tu illut frugiare debeatis vite tue: et omni annue tu bite tue nobis nostrisque posteris et in me-

morato nostro monasterio exinde dare et dirigere debeatis oblate parias dua: unum in nativitate domini et alium parium in sanctum pascam sine omni amaricationem: etiam et repromittimus tibi ut nos et posteris nostris tibi facere debeamus at omni nostro expendio una sepulturia hante regia ex ipsa ecclesia pro corposculum tuum sepeliendum: et si illa non fecerimus licentia abeatis vos facere sepelire in ille alie sepulturie que facte abetis de antea in memorata ecclesia absque omni contrarietatem: et si vite tue mortuus fueris de casa tua sive masculus aut femines licentiam abeatis illos sepelire in memorate sepulturie que ibi facte abetis ut super legitur sine omni contrarietatem: et non abeamus licentiam nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio te cunctis diebus vite tue exinde iactare aut aliquod a tua potestatem de ipsum que superius nominatibum diximus ut super legitur subtraere cunctis diebus vite tue per nullum modum nec quod absit qualivet sacerdotem vel clericum aut monachum vel alias quavis personas super te ibidem ponere per nullum modum: adimplentes tu omnia per omnem ordinem et tenore ut super legitur: post autem tuum transitum tunc memorata integra ecclesia cum omnibus memoratis ex ea pertinentes ut super legitur et cum omnia quantum per inventaneum tibi adsignaverimus in nostra nostrisque posteris et de memorato nostro monasterio revertant et sint potestatem cuius iure exe videtur: etiam et in nostra et de nostris posteris et de memorato nostro monasterio reservavimus potestatem omnes abitationes et terras vacuas de giro in giro ipsa ecclesia pro necessitatem et abitationes et utilitate memorati nostri monasterii que nobis necessum fueris: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut posteris nostris vel memorato nostro monasterio aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio tibi vite tue auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata nona indictione †

† εγω ιω αμαρτωλόσ μοχ και πρ υπεγραψα †

† ΕΓΟ CΤΕΦΑΝΟΥC ΜΟΝ CΟΥΒ †

† εγῶ ιω μοχ και αμαρτολος υπεγραψα †

† εγω λέον αμαρτολος πρ και μοχ υπεγραψα †

† Ego deodede archipresbyter et primicerius testi subscripsi †

† Ego stefanus presbyter et primicerius testi subscripsi †

† ego iohannes presbyter testi subscripsi †

† Ego sergius primarius complevi at absolvi per memorata nona indictione †

CCCXXXIV.

An. 1027. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: post defuntionem domino nostro Constantino magno imperatore anno secundo: die quinta mensis augusti indictione decima neapoli: Certum est nos petrum fractere filio quondam idem petri: ego autem pro vice mea et pro vicem stephano fractere uterino germano meo: seum et pro vicem petro nepoti meo filio quondam lucia germana mea et iohanne filio quondam petri de dibitiam: qui fuit de loco qui nominatur fullotani et ego modo abitare videor intus ista civitatem neapolis: A presenti die promtissima volumtatem promittimus vobis domino iohannes venerabili presbytero greco et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta sancta et venerabili vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii presentibus et futuris: propter integrum molinum bestrum iuris memorati vestri monasterii qui modo est distructum positum in memorato loco fullotani: quas nobis dedistitis at conciandum et at detinendum: in eo enim tenore quatenus nos et heredibus nostris da die presentis illud atpreendere debeamus at conciandum et fossatam eius mondandi et levandi et conciandi quomodo merueris: et nobis illut dedistitis una cum aquis suis et cursoras suas et cum terra sua ex ipsum molinum pertinentes et cum terra ibi ipsum ubi abemus illum ortum sicuti abuerunt alii molinatores qui ante illum tenuerunt: et vos et memorato vestro memorato nobis dare debeatis illum calce quantum ibidem necessum fueris pro fravicandum ipsum molinum sicuti merueris: et illum frabum ambas partes nutrire et pargiare debeamus per medietatem: et vos nobis dare debeatis omnes fer-

roras quantas ibidem necessaberis: et illum roticinum ponere debeamus ambas partes per medietatem et nos ponamus alias omnes lignamen quantas ibidem necessaveris et cohoperiendum illut et alium omnem edificium et lavorem que ibidem necessaberis nos illos ponere et facere debeamus at omni nostro expendio: et ille mole vos et posteris vestris dare et ponere debeatis: et ubi domino placuerit et ipse molino atpreenseris at macenandum tunc da inde in antea quodcumque nobis exinde dominus deus dederis usque in duos annos expletos seum et ipsum ubi fecerimus et abuerimus ipsum ortum in nostra nostrisque heredibus sint potestatem unde nullam nobis exinde non queratis aut tollatis per nullum modum: ego memorato petro fractere cum memorato stephano fractere et cum memorato petro nepoti meo et nostris heredibus exinde tollamus medietatem: et ego memorato iohanne qui nominatur de dibitia et meis heredibus exinde tollamus alia medietatem: tantummodo da quod ipse molino atpreenseris at macenandum da inde in antea usque in memoratum constitutum memorati duos annos expletos per omnem evdomada vobis et in memorato vestro monasterio macenare debeamus gratis de bestrum triticum: in una evdomadam modia decem: et in alia evdomada modia duodecim sine omni amaricationem: et dum ipsum bictum bestrum macenaberimus vos illum qui ex nos ibidem steteris nutrire debeatis una persona dum illum macenaberimus: et ubi compleverimus memorati duos annos expletos a tunc da inde in antea omnia et in omnibus quodcumque pargiaturias et macenaturias exinde tollere et abere potuerimus per quobis modum: dividamus illos inter nobis per medietatem absque omni fraudem: memorato monasterio exinde tollere et levare debeas medietatem: et nos memoratis molinatoris et nostris heredibus alia medietate: et ipsa medietate nostra memorati molinatores dividere debeamus per medietatem inter nobis: ego memorato petro fractere cum memorato germano meo et cum memorato nepoti meo et nostris heredibus medietatem: et ego memorato iohanne de divitia et meis heredibus alia medietatem: et ipsa medietatem qui memorato monasterio tetigeris ipse monasterio exinde illut sivi traere debeas: et da memoratos duos annos in antea de ipsum ortum omni annue pargiare debeamus memorato monasterio quomodo merueris: et da memoratos duos annos in antea omnia et in omnibus quodcumque necessaveris in ipso molino facere de ferroras et roticinum

seum molas ambas partes illos dare et ponere debeamus per medietatem: memorato monasterio medietatem: et nos memoratis molinatores alia medietatem: etiam et dedistitis nobis et ille tres excatorie que in memorato loco abetis due ex ee sunt exaude et una est exconsita: et de ipse excatoria qui est exconsita omni annue dare debeamus in memorato monasterio in auro tare unum et unum parium de anati si fueris tempus de anati: et si non fueris tempus de anati faciatis nobiscum quomodo feceris alis omminibus cum suis portionariis qui in memorato loco excatorie tenueris: et de ipse ambe excatorie qui sunt exaudem illes excotere debeamus et sic vobis et in memorato vestro monasterio exinde dare et respondere debeamus quomodo dederis et feceris aliis omminibus cum suis portionariis qui in memorato loco excatorie tenueris: et quandoque in memoratum molinum bestrum macenare volueritis bictum bestrum licentiam et potestatem abeatis memorato vestro monasterio ibidem macenare et vobis illos inpotare debeatis in ipsa medietate vestra per ratiocineas sicuti ibidem macenaveritis: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque heredibus exinde iactare aut illos tollere per nullum modum: atimplentes nos et heredibus nostris omnia memorata in memorato monasterio per omnem ordinem et tenore qualiter superius legitur: et dum illos tenuerimus memorato monasterio nobis nostrisque heredibus illos defendere debeas da omnes omines omnique personis a parte de ista civitatem: et quandoque nos et heredibus nostris illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus illos abrenuntiare cum omni sua melioratione: tantummodo ipse moline siat conciatum et armatum quale macenare debes et sic vobis illum abrenuntiemus: quia ita nobis complacuit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris. et in memorato monasterio auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata decima indictione ✝

hoc signum ✝ manus memoratas personas quod ego pro eis subscripsi ✝ et oc memorati summus ut memoratum molinum ut super legitur una cum aquis suis et cursoras suas et cum terra sua ex ipsum molinum pertinentes et arcaturias suas et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus ✝

† Ego iohannes Curialis :. testis subscripsi †
† ego theodorus filius domini iohannis testi subscripsi †
† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †
† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

CCCXXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi : post defunctionem domino nostro constantino magno imperatore anno secundo die quinta mensis augusti indictione decima neapoli : Certum est nos iohannes umilis presbytero greco et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et vachi : qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium : una cum cunta sancta et venerabili nostra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis nostris monasterii presentibus et futuris : A presenti die promtissima volumtatem promittimus vobis petro qui nominatur fractere filio quondam idem petri : tibi autem pro vice tua et pro vicem stephano fractere uterino germano tuo : seum et pro vicem petro nepoti tuo filio quondam lucia germana tua : et iohanne filio quondam petri de divitiam : qui fuistis de loco qui nominatur fullotani et tu modo abitare videris intus ista civitate neapolis : propter integrum molinum nostrum iuris memorati nostri monasterii qui modo est distructum positum in memorato loco fullotani : quas vobis dedimus at conciandum et at detinendum : in eo enim tenore quatenus vos et heredibus vestris da die presentis illum atpreendere debeatis at conciandum et fossatas eius mondandi et levandi et conciandi quomodo merueris : et vobis illut dedimus una cum aquis suis et cursoras suas et cum terra sua ex ipsum molinum pertinentes et cum terra ibi ipsum ubi abeatis illum ortum sicuti abuerunt alii molinatores qui antea illum tenuerunt et nos et memorato nostro monasterio vobis dare debeamus illum calce quantum ibi necessum fueris pro fravicandum ipsum molinum sicuti merueris : et illum frabum ambas partes nutrire et pargiare debeamus per medietatem : et nos vobis dare debeamus omnes ferroras quantas

An. 1027.

ibidem necessaveris: et illum roticinum ponere debeamus ambas partes per medietatem et vos ponatis alios omnes lignamen quantas ibidem necessaberis et cohoperiendum illut et alium omnem edificium et lavorem que ibidem necessaveris vos illos ponere et facere debeatis at omni vestro expendio: et ille mole nos et posteris nostris dare et ponere debeamus: et ubi domino placueris et ipse molino atpreenseris at macenandum tunc da inde in antea quodcumque vobis exinde dominus deus dederis usque in duos annos expletos seum et ipsum ubi feceritis et abueritis ipsum ortum in vestra vestrisque heredibus sint potestatem unde nullam vobis exinde non queramus aut tollamus per nullum modum: tu memorato petro fractere cum memorato stephano fractere et cum memorato petro nepoti tuo et vestris heredibus exinde tollatis medietatem: et tu memorato iohanne qui nominatur de divitia et tuis heredibus exinde tollatis alia medietatem: tantummodo da quod ipse molino atpreenseris at macenandum da inde in antea usque in memoratum constitutum memorati duos annos expletos per omnem evdomada nobis et in memorato nostro monasterio macenare debeatis gratis de nostrum triticum: in una evdomadam modia decem: et in alia evdomada modia duodecim sine omni amaricationem: et dum ipsum bictum nostrum macenaberitis nos illum qui ex vos ibidem steteris nutrire debeamus una persona dum illum macenaberis: et ubi compleverimus memorati duos annos expletos a tunc da inde in antea omnia et in omnibus quodcumque pargiaturias et macenaturias exinde tollere et abere potueritis per quobis modum: dividamus illos inter nobis per medietatem absque omni fraudem: memorato monasterio exinde tollere et levare debeas medietatem: et vos memoratis molinatoris et vestris heredibus alia medietate: et ipsa medietate vestra memoratis molinatores dividere debeatis per medietatem inter vobis: tu memorato petro fractere cum memorato germano tuo et cum memorato nepoti tuo et vestris heredibus medietatem: et tu memorato iohanne de divitia et tuis heredibus alia medietatem: et ipsa medietatem qui memorato monasterio tetigeris ipso monasterio exinde illut sivi traere debeas: et da memoratis duos annos in antea de ipsum ortum omni annue pargiare debeatis memorato monasterio quomodo merueris: et da memoratos duos annos in antea omnia et in omnibus quodcumque necessaveris in ipso molino facere de ferroras et roticinum seum molas

ambas partes illos dare et ponere debeamus per medietatem: memorato monasterio medietatem: et vos memoratis molinatores alia medietatem: etiam et dedimus vobis et ille tres excatorie que in memorato loco abemus: due ex ee sunt exaude: et una est exconsita: et de ipsa excatoria qui est exconsita omni annue dare debeatis in memorato monasterio in auro tare unum et unum parium de anati si fuerit tempus de anati: et si non fuerit tempus de anati faciamus vobiscum quomodo feceris aliis omminibus cum suis portionariis qui in memorato loco excatorie tenueris: et de ipse ambe excatorie qui sunt exaudem illis excotere debeatis: et sic nobis et in memorato nostro monasterio exinde dare et respondere debeatis quomodo dederis et feceris aliis omminibus cum suis portionariis qui in memorato loco excatorie tenueris: et quandoque in memoratum molinum nostrum macenare voluerimus victum nostrum licentiam et potestatem abeas memorato nostro monasterio ibidem macenare et nobis illum inpotare debeamus in ipsa medietatem nostra per ratiocineas sicuti ibidem macenaverimus et non abeamus licentiam nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio vobis vestrisque heredibus exinde iactare aut illos tollere per nullum modum: atimplentes vos et heredibus vestris omnia memorata in memorato monasterio per omnem ordinem et tenore qualiter superius legitur: et dum illos tenueritis: memorato monasterio vobis vestrisque heredibus illos defendere debeas da omnes omines omnique personis a parte de ista civitatem: et quandoque vos et heredibus vestris illos abrenuntiare volueritis licentiam et potestatem abeatis illos abrenuntiare cum omni sua melioratione: tantumodo ipse molino siat conciatum et armatum quale macenare debes et sic nobis illum abrenuntietis: quia nobis complacuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis: tunc componimus nos et posteris nostris et memorato monasterio vobis vestrisque heredibus auri solidos. duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata decima indictione † et oc memorati summus ut memoratum ortum ut super legitur una cum aquis suis et cursoras suas et cum terra sua ex ipsum molinum pertinentes et arcaturias suas et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus

† Εγῶ ιω αυκρτωλος αββα πρ υπ †

† Εγω κοσμας Μο Πρ υπ †

† ΕΓΩ ΛΕΟΝ ΑΒΒΑ ΠΡ ΤΠ †

† ΕΓΩ CΤΕΦΑΝΟΥC ΜΟΝ COΥΒ †

† Ego iohannes curialis testis subscripsi †

† ego theodorus filius domini iohannis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

CCCXXXVI.

An. 1027. † In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi: da post transitum domino constantino magno imperatore anno secundo: die hoctaba decima mensis augusti indictione decima neapoli: Definibi ego gauderisi qui super nomen kacci filium quondam domini aligerni riccla porcina: tecum denique domine iohannes venerabili presbytero et primicerius chartule congregationis ecclesie sancti petri ad illos ferrarios. custus vero ecclesie sancti seberi de regione summa platea: de intentione quem inter nos abuimus de integrum unum modium de terra iuris memorate ecclesie sancti seberi quem tu tenere videris ut super legitur positum in loco qui nominatur marsiccianum. et est coniunctum cum terra mea qui ibi est a parte occidentis: unde me quesistis dicendo ut ego tulisset de memoratum modium de memorata terra vestra. et iunsisset illut at memorata terra mea: et pars mea dicebat ut non esset ita: de quam multum litigium exinde inter nos abuimus et perreximus exinde at legem. et ibique ostensistis una chartula ordinationis qui continebat ut omni tempore abere memorata ecclesia sancti seberi iusta ipsa terra mea ut super legitur unum modium de terra per passi mensuratum at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie sicut in omnibus ipsa firmissima chartula ordinationis continet: et iudicatum est exinde inter nobis ut ambas partes pergeremus at memoratas terras: et illos passeiare faceremus. si inbenieremus completum. et inclitum memoratum modium de memorata terra vestra figeremus termines inter ipsa terra mea et memoratum modium de memorata terra

vestra ut amplius exinde causatio non fieret. sin autem de quantum minus beniret ad ipsum modium de memorata terra vestra compleret illut vobis de memorata terra mea et sic poneremus inter nobis ipsi termines et ponere tibi exinde taliter anc chartulam promissionis : et quia in presentis ibimus ambas partes pro eodem iudicium at memorata terra et fecimus illut passiiare et imbenimus minus de ipsum modium de memorata terra vestra, et percomplevimus illut sicuti nobis iudicatum est. etiam et in presentis inter nobis posuibimus termines pro finiendum omni tempore inter memorata terra mea et memorata terra de memorata ecclesia : sancti seberi ut omni tempore fiat ipse plano modium unum per passi ut inferius declaramus : et coheret at memoratum modium de memorata terra vestra ab uno latere parte orientis terra de illi bonisculi sicuti egripus et sepis exfinat et abet ibi de longitudine passi quinquaginta duos. et de alio latere parte occidentis est memorata terra mea ut super legitur et abet ibi de longitudine passi quadraginta unum : de uno capite est scapula pertinente de memoratum modium de memorata terra vestra qualiter descendit usque at kaba publica : et abet ibi de latitudine passi decem et nobem in capitem ex ipsa scapula : et de alio capite est terra ecclesia sancti sossi ex ipso loco. et abet ibidem iterum passi decem et nobem mensuratum at passum ferreum memorate sancte neapolitane ecclesie unde pro eodem iudicio et per anc chartulam promicto tibi ut omni tempore tu et posteris tuis et memorata ecclesia sancti seberi abere debeatis memoratum inclitum modium de memorata terra qualiter illut per memorati termines et finis seu mensura exegregabimus ut super legitur : a me autem neque a meis heredibus non abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum in perpetuum : et qui te aut posteris tuis vel memorata ecclesia sancti seberi quem tu tenere videris per firmississam chartulam ordinationis tue at querendum beneris per me vel per meis heredibus sibe per memorata terra mea quem ibi est coniunta ut super legitur per quobis modum tuncautim omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque posteris et at memorata ecclesia sancti seberi persona illa exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus absque omni vestra damnietate quia ita inter nobis iudicatum est : si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque heredibus

auri solidos triginta sex bythianteos: et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis et scriniarii per memorata decima indictione † hoc signum † manus memorati gauderisi qui super nomen kacci quot ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

et oc memoramus: quia omni tempore beniat mensuratus ipse modius de memorata terra de uno capite parte meridiana: hoc est da illum qui pertinet de memorata ecclesia sancti seberi. et est iusta memorata causa memorata ecclesia sancti sossi simul cum ipsum planum vestrum desuper ipsum ribum vestrum:

† ego aligernus filius domini iohanni testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis testis subscripsi †

† Ego stephanus filius domini petri testis subscripsi †

† Ego iohannes: Curialis et scriniarius: Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

CCCXXXVII.

An. 1028. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus domino nostro constantino magno imperatore anno sexagesimo quinto mense februario undecima indictione: Ideoque ego mulier nomine sellecta que fuit relicta quondam sergii porclacca et abitantes sum in sessola Clare facio ego quia ante os annos mortuus est ipse vir meus et relassavit me in magnum devitum. unde ego non haberet ut ipsum pretium vinderet et audita fuit quia mulier non poteret vindere sine mundoald et abocatorem suum. proinde conbocabi iohannem filio benedicti qui est abocatore meum et ibimus ante presentiam nostrorum comitibus et per eorum absolutionem largita sum ego que supra mulier de vindere pro ipsum devitum et dum firmiter illut facere ego bolo bona etenim mea boluntate coram subscripti testibus per hanc quoque videlicet chartulam vindere et in presentem venumdedi tivi monda filia quondam frodaldi. et uxor videlicet donati filii quondam andree de suprascripta sessola. idest modica terra quem habeo intus in sessola vetere que habet finis ab uno latere terra et casa mea que

mihi reserbabi et inde habet passi tres. et gubita duam et da alio latere est terra donati viri tui et habet inde in longitudine passi tres et gubita dua. et da uno capite est terra de filii sparani de mara et inde habet passum unum et gubita dua et unce quattuor et da alium capites est terra fasani filii stephani lupi et inde habet passum unum et gubita tria. inter omnes istas fines et mensuras nec mihi que supra sellicta nec ad alios homines nichil reserbabi set una cum via et andite suo et cum inferius et superius totum et integrum tivi illos venumdedi ad abendum et possidendum nomine unde et per hanc mea venditione manifesto ego que supra sellicta quia receptum habeo a te que supra munda emtrice mea idest auri tari dui. ea vero ratione ut amodo et semper tu que supra munda et tuos heredes hanc mea venditione sicut superius legitur securo nomine habeatis et possideatis. ex qua repromitto ego que supra sellicta et obligo me et meis heredibus tivi que supra munda et tuis heredibus venditionem nostram nos vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere debeamus quod si non potuerimus ut illos per legem perdiderimus de colludio si a bos pulsati fuerimus a dei evangelia vobis satisfaciamus et dupplum supradictum pretium una cum omnibus suis hedificiis et remeliorationibus vobis restituamus pretium. Nam si ego que supra sellicta aut meis heredibus venditione ista tornare aut dirrumpere quesierimus tunc componimus tivi tuisque heredibus idest auri solidos decem vizanteos. et hec chartula venditionis sicut superius legitur sit firma. quam te adeodatus presbyter et notarius scribere rogavimus in civitate suessula.

† Ego petrus archipresbyter

† Ego iohannes

† Ego aufimus

CCCXXXVIII.

An. 1028.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi. Septimo anno consulatus domini leo filio domini leoni consuli fundane civitatis. Mense Martio indictione undecima castro, spelunce. Auctoritas etenim valet ecclesiastica. et lex precipit romana ut quicumque rem suam in qualecumque parte transfundere voluerit per paginarum ista serie scripturarum infundat. ut prolixis temporalibus secura equitate permaneat. Et ideo Nos domino leo consul, et domina bona ambo iugalibus et filii quondam domini leoni consuli bone memorie, Ab hanc itaque die et omne futurum tempus placuit nobis. Atque placabile est cum christo auxilio. Do. Dare. Donare. Concedere. Tradere. Largire. Atque amittere. Et inrevocabiliter transcribere. in monasterio sancto angelo que modo sito esse videtur in civitate Caieta ad monte. et per te quoque domino leo venerabilis abbas de predicto monasterio sancto angelo. Idest amittimus vobis ipsa societate de tote vestre terre posite in cecopa. Que simul solevamus lavore. Et insuper amitto et dono vobis ipso vino que vos nobis solevatis per annu donare de vinee vestre de territorio spelunce. Propterea ego predicto domino leo et domina bona ambo iugalibus amisimus atque donavimus ipsa predicta societate et ipso predicto vino in predicto monasterio. Quod tu qui supra domino leo venerabilis abbas cum tota vestra congregatione donasti nobis una petia de vinea et una petia de terra simul coniunta. et abes has fines et mensuras ex omni parte. A primo namque latere quod est a parte orientis habet terra vestra reservata et passus viginti sex. A parte septentrionis habet vinee nostre et passus sexaginta unu et unu brachiu et unu palmu. A parte occidentis similiter vinee nostre et passus viginti quattuor. A parte vero meridie habet limite que distat inter hec vinee et terra vestra de sancti angeli et terra de landolfus centu homines et via unde vos debetis egredere. et regredere ad ipsa predicta terra reservata. et passus sexaginta. Hec autem predicta nostra amissio. Seu donatio qualiter superius legitur firma existat in sempiternum. Verum quod absit et avertat divina potentia quod sive nos qui supra domino leo et domina bona iugalibus vel nostris heredibus vel qualicumque a nobis submissa umana persona contra hanc no-

stra amissione seu donatione. Aliquando volumus reverti in ipsa predicta societate. Aut volumus tollere ipso predicto vino. Abeatis vos qui supra domino leo Abbas seu vestro posteros successores vel qualicumque priore esse videtur in predicto monasterio sancti angeli. Licentia et potestates revertere in predicta vinea et terra vacua. quod vos nobis donasti. et ipsa cahrta quod vos nobis exinde fecisti. in quacumque manu apparuerit inanis et vacua esse videtur. Et post hec. Nostra amissio seu donatio. firma permaneat in perpetuum.

Scripta per nostros rogos a iohannis sacer scriba huius castro in mense et indictione suprascripta.

† Signum manu landolfus centu homines rogatus testis.

† Signum manu iohannis de petri rogatus testis.

† Signum manu crescentio rogatus testis.

† Signum manu osaldo rogatus testis.

CCCXXXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro constantino magno imperatore anno sexagesimo quinto: die septima mensis magii indictione undecima neapoli: Certum est me stephanum presbyterum filium quondam petri custus vero ecclesie sancti iohannis qui vocatur in curte regione porta nobense: A presenti die promtissima volumtatem promicto vobis domino sergio et domina heupraxia uterinis germanis filiis quondam domini iohannis qui fuit filio quondam domini sergii de domino dometio de aborei: tu memorato domino sergio pro vice et portione tua seum et pro vice et portione domini iohannis uterini germani tui. qui aduc infra etatem exe videtur et tu memorata domina heupraxia cum volumtatem domini gregorii filio quidem domini petri russi viri tui: propter integra portione et pertinentias vestra de memorata integra ecclesia commune vestra et de ceteris consortibus vestris de quantum et quomodo vobis exinde pertinet aut pertinentes fueris per quobis modum una cum integra portione et pertinentias vestra de domibus et cellis et de abitationibus et de omnibus rebus et substantiis [illegible]is dicte ecclesie pertinentes

An. 1028.

aut pertinentes fueris per quobis modum. hubi domino bolentem vos me ibidem custodem. hordinastitis a nunc et homnibus diebus vite mee et post meum transitum ego ibidem hordinare debeas una persona quale mihi placueris. in eo enim tenore ut prenominata integra portione et pertinentias vestra de memorata integra ecclesia et de omnibus memoratis exinde pertinentes aut pertinentes fueris per quobis modum homnibusque eis pertinentibus ut super legitur et cum omnia que a birfbus vel a mulieribus ibidem hoffertum fueris in mea et de memorata persona que ego post meum transitum ibidem hordinabero sin potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et de ipsas frugias faciendi homnia que voluerimus: ita et ego autem in eadem ecclesia die noctuque homnem hofficium sacerdotalem facere et exibere debeamus aut facere faciamus hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnias et horis laudis luminariorum concinatione sine mhora celebrare et exibere debeamus ut aput deum nobis exinde mercis atcrescad et coram hominibus laus et de ipsis rebus et substantiis exinde pertinentes homnem curam et sollicitudine exinde abere debeamus ut iustum fueris: et si aliquod in memorata ecclesia vel in eius abitatione ad conciandum abueris nos illut conciare debeamus ad omni nostro expendio: insuper homni annuo ego et ipsa persona que ego ibidem hordinabero totius vite nostre vobis vestrisque heredibus dare et dirigere debeamus hoblatas parias tres in natibitatem domini nostri ihesu christi parias duas et in sanctum pasce quod est de resurrectione domini parium unum hasque omni amaricatione: et quandoque per festibitatem sancti sebastiani prandium fecerimus tunc vos aut heredibus vestris ibidem ad ipsum prandium abere debeamus at recumbendum et ad domui vestre dirigere debeamus exinde unum missum de carne vel de pisci, et si minime ipsum prandium fecerimus tunc vobis dirigere debeamus ad domus vestra gallina una sine omni data occansione: et et per homni annuo in sabato sanctum vobis vestrisque heredibus dirigere debeamus hobum benedictum et una petiola de casum et in sanctum pasche quattuor uncie de lucanica sine omni amaricatione: et nullatenus presumetis vos aut heredibus vestris nec abeatis licentiam memorata integra portione et pertinentias vestra de memorata integra ecclesia cum homnibus memoratis exinde pertinentes homnibusque eis pertinentibus ut super legitur mihi et ad ipsa personas que ego post meum

hobitum ibidem hordinabero tollere aut nos exinde foris eicere vel iactare aut qualibet sacerdotes vel clericus nec monachus aut alia quabis personas ibidem super nos ponere per nullum modum nec per summissa personas cuctis diebus bite mee post meum hobitum rebertantur et sit in potestatem de memorata persona que ego ibidem hordinabero illut tendi et dominandi et homnia memorata faciendi et percomplendi per hordine et ratione quomodo superius legitur cunctis diebus vite sue post enim suum hobitum tunc memorata integra portione et pertinentias vestras de memorata ecclesia cum homnibus memoratis exinde pertinentes homnibusque eis pertinentibus ut super legitur in vestra vestrisque heredibus rebertantur et sin potestatem cuiux iure exe bidemini asque omni minuitatem: tantummodo si vero mobilem ibidem hoffertum fueris in sua sin potestatem faciendi que voluerit si autem immobilem aut talem causa pro hornamentum de memorata ecclesia post eius hobitum in memorata ecclesia remanere debeas: insuper firmastis mihi ut homnibus diebus vite mee et de ipsa persona que ego ibidem hordinabero post meum hobitum vos et heredibus vestris de memorata portione et pertinentias vestras de memorata ecclesia cum homnibus memoratis exinde pertinentes ut super legitur nobis desuper tollere debeatis homnibus hominibus qui nobis exinde quesieris et tu memorato domino sergi memorato domino iohanni germano tuo et suis heredibus nullam nobis exinde mictentes hoccansionem: set ipsa sepulturias proprias vestras que habetis in memorata ecclesia in vestra vestrisque heredibus reserbastitis potestatem queque exinde facere volueritis et corpusculas ibidem sepelliendi sibe maioris vel minoris quando vobis necessum fueris quia ita nobis stetit et complacuit: Si autem aliter fecerimus de is homnibus memoratis per quobis modum aut summissa personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta bythianteos † et ec chartula hordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus gregori curialis per memorata undecima indictione †

† ego stefanus presbyter subscripsi †

† ego marinus filius domini sergii testi subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCCXL.

An. 1028. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro constantino magno imperatore anno sexagesimo quinto die vicesima tertia mensis augusti indictione undecima neapoli: Definibimus nos marino et gregorio uterinis germanis filiis quondam domini iohannis de domino christophulo. et quondam domina maria honesta femina qui marenda clamabatur iugalium personarum. vobiscum denique domino gregorio filio quondam domini stephani cognomento inferno. de intentione que inter nos abuimus. propter casas maraldi presbyteri et gictio germanisi et de iohanne filio albirici hoc est thiis et nepote filiis et nepote quondam iohannis gictii abitatoribus de loco puli territorio liburiano massa patriense: homminibus vestris. de qua te quesibimus dicendo pars nostra ud memoratis hominibus cum eis pertinentibus nobis et ad memorato genitore nostro exinde medietate pertinead. et nos illis tenuissemus et dominassemus. et pars tua replecans dicens absit quia veritas non est. sed dicebatis ud tui hominibus fuissent et siat. et nos et memorato genitore nostro in eis nulla dominationem abuissemus te sciente: de qua multa haltercatione exinde inter nos abuimus. nunc autem iudicatum est exinde inter nobis ud si potuerit pars nostra tibi hostensionem facere quomodo in memoratis hominibus nos et memorato genitori nostro dominationem abuissemus. haberemus illos in antea et tu ponere nobis exinde securitatem. sin autem iuraret pars tua nobis et dicere ud memoratis hominibus tu tenuisset et dominasses. et nos in eis nullam dominationem abuissemus te sciente nos poneremus tibi exinde taliter securitatem. et quia non potuit pars nostra taliter tibi illos hostendere. et tu paratus fuistis nobis exinde prebere ipsum sacramentum. set nunc domino deo auxiliante per colloquia vonorum hominibus venimus exinde ad combenientia ud tu dares nobis exinde auri solidos hocto de tari ana quadtuor tari per unoquoque solidum et nos poneremus tibi exinde taliter hanc chartulam promissionis. et quia in presentis nobis dedistis memorati auri solidos hocto. et apud nos illis habemus faciendi que voluerimus. Deinde et nos memorato marino et gregorio uterinis germanis per eadem combenientiam per anc chartulam repromictimus tibi memorato domino gregorio

quia nullatenus presummimus nos aud nostris heredibus nec habeamus licentiam haliquando tempore te haud tuis heredibus querere de memoratas casas memorati maraldi presbyteri de memorati gictii. seu memorati iohannis thios et nepote una cum filiis filiabus nuruis adque nepotibus illorum. et cum ipsorum fundoras et cum terris fundatas et exfundatas et cum cespitibus et consuetudinibus eorum. et cum omnes hangarias et dationes illorum simulque et omnibus adiacentibus et pertinentibus eis. hoc est insimul de intus et foris per nullum modum nullamque adimbentam rationem nec per summissas personas ha nunc et imperpetuis temporibus insuper et si quabis personas te haud tuis heredibus exinde had querendum veneris per nos aud per memoratis iugalibus genitoribus nostris vel per nostris et illorum heredibus tunc statim omni tempore nos et nostris heredibus tibi tuisque heredibus persona illa exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus absque omni vestra damnietatem nullam exinde dantes hoccansionem quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aud nostris heredibus quobis tempore contra hanc chartulam ud super legitur venire presumserimus et in aliquid hoffensis fuerimus per quobis modum aud summissam personas tunc componimus nos et nostris heredibus tibi tuisque heredibus auri solidos viginti quadtuor vythianteos et ec chartulam combenientie promissionis ud super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione † hoc signom † manus memoratis germanis quod ego qui supra iohannes curialis ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego petrus filius domini mastali rogatus a suprascriptis iermanis testi subscripsi †

† Ego sergius scriniarius rogatus a memoratis germanis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCCXLI.

An. 1028.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno sexagesimo sexto: die octaba decima mensis novembrii indictione duodecima neapoli: Certum est nos vono filio quidem pitrucci caputi: ego autem pro vice mea: et *pro vice* quidem gregorio qui nominatur insertavinea uterino germano meo: et iohanne qui nominatur boso filio quondam stephani pectinato: *seu* sergio qui nominatur coppula filio................. hoc est parentes abitatoribus in loco qui vocatur arcupintum: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino gregorio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum campum bestrum cum intersicas *suas ibidem* coniuntas et cum integra una corrigia de terra vestra ibi *ipsum* insimul in uno coniuntum: quibus ipse campum nominatur ad illa cesa: et ipsa corrigia nominatur ad fossatellum insimul posita in loco qui vocatur at sanctum stephanum at caucilionem: insimul una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus pertinente vero de infirmarium memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: coherente sivi a memoratum integrum campum cum ipsa intersicas insimul ab uno latere parte orientis terra de illi cacapice et terra heredes domini cesarii de domina anna romana seu et terra heredes domini iohannis de domino romano sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: et de alio latere parte occidentis est terra qui fuit de illu rindininum: et terra memorata ecclesie sancti stephani: seum et memorata corrigia vestra ibique coniunta seum et terra heredes de *illi* ciriarii de porta noba: et terra de ipsi cacapice: quamque et terra de aliis qui ibi at fines sunt: de uno capite parte septentrionis est terra heredes quondam domini sergii de appium de porta noba: et terra petri qui nominatur saracino seu et terra de ipsi ciriari sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: et de alio capite parte meridiana ubi sunt ipsa intersica est terra heredes sergii morfissa biluce: et terra de illi moncula et terra de aliis qui ibi at fines sunt:

et at ipsa corrigia coheret sivi ab uno latere parte meridiana est terra de ipsi rindinini: et de alio latere parte septentrionis est terra de ipsi ciriarii: de uno capite parte orientis est memorato campo vestro: et de alio capite parte occidentis coheret via publica: quas vero memoratum integrum campum cum memorata intersica et cum memorata integra corrigia de terras qualiter per coherentias illos exegregavimus ut super legitur nobis nostrisque heredibus dedistitis in colligio at lavorandum at detinendum: in eo enim tenore ut abto tempore nos et heredibus nostris illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliorem cultum perducere debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et vites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris: et sicut iustum fueris: et ipsis arvoris trappare et potare et propaginare debeamus quomodo iustum fueris et merueris: et omni annue de nostra semente illos seminare debeamus: et quodcumque nobis omni annue ibidem deus dederis in quolivet seminatus que ibidem seminaberimus in nostra nostrisque heredibus sint potestate unde nullam nobis exinde queratis aut tollatis: tantummodo homni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memoratum infirmarium bestrum exinde terraticum dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense idest triticum modias viginti quinque et mileum modias duodecim et germanum modios undecim insimul bonum siccum tractum paratum usque intus memorato sancto et venerabili vestro monasterio gratis mensuratum at modium iustum de comedendum sine omni amaricatione: et desuper quantum binum ibidem omni annue nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate: vos et posteris vestris et merato infirmario medietate: et nos et heredibus nostris similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigeris nos et heredibus nostris illut servare debeamus in organeis nostris dies tres: et per vindemias duas personas vestras cum caballum nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum bindemiaberimus: et nos et heredibus nostris omni annue illut vindemiare debeamus at omni nostro èxpendio: de vinum at vibendum et untum pro condendum pro ipsis operariis qui ibidem vindemiaberis sic inde faciamus quomodo feceris totus ipse locus cum suis portionariis: et ipsa medietate vestra ex ipsum

binum mundum et saccapannas nos et heredibus nostris omni annue vobis vestrisque posteris traere debeamus gratis usque at illa obedientia vestra de carminianum sine omni amaricatione: et omni annue duas vices per annum cum tres personis per vices vobis vestrisque posteris in casa nostra recipere debeamus et nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris manducare et vibere dare debeamus quomodo iustum fueris: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato infirmario vestro nobis nostrisque heredibus illos tollere aut exinde iactare per nullum modum nec per summissas personas: vene nos et heredibus nostris illos lavorantes et arbustantes et omni annue pargiantes et omnia memorata atimplentes ut super legitur: et dum illos tenuerimus vos et posteris vestris et memorato infirmario vestro nobis nostrisque heredibus illos defensare debeatis: et quandoque nos et heredibus nostris illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem habeamus in memorato infirmario vestro illos abrenuntiare vonum arbustatum et vitatum: quia ita nobis placuit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata duodecima indictione † hoc signum † manus memorato bono: signum † manus memorato iohanne qui nominatur boso: signum † manus memorato sergio qui nominatur coppula hoc est parentes: memorato bono pro vice sua et pro vice memorato gregorio germano suo quod ego pro eis subscripsi † et oc memorati summus ut memoratas duas vices per annum qualiter superius legitur vobis recipere debeamus in casa nostra tres personas per vices et nos et heredibus nostris at ipsas tres personas et at caballos illorum manducare et vibere dare debeamus quomodo iustum fueris †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego iohannes filius domini sergi testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius complevi et absolvi per memorata duodecima indictione †

CCCXLII.

In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro constantino magno imperatore anno sexagesimo sexto: die.... .... mensis decembrii indictione duodecima neapoli: Certum est me iohanne qui nominatur tertiatore filio quondam .... de punticclum. et ego modo abitare videor in loco qui vocatur pumilianum foris arcora. A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino gregorio venerabili igumeno monasteri sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum campum bestrum qui vocatur ad muscarellum positum in memorato loco pumilianum: una cum integras duas insersicas vestras ibidem in lateras coniuntas unum a parte meridiana et alium a parte septemtrionis: insimul una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi insimul ab uno latere parte meridiana est terra de omminibus de memorato loco pumilianum: et de alio latere parte septemtrionis est iterum terra de omminibus de memorato loco pumilianum: seum et terra de illi munduli sicuti inter se terminis exfinat: de uno capite parte orientis coheret terra heredes de illi ipati: et de alio capite parte occidentis est iterum terra da ipsi omminibus de memorato loco pumilianum: quas vero memoratum integrum campum bestrum cum memoratas intersicas suas ibidem coniuntas qualiter superius legitur mihi meisque heredibus dedistis in colligio at lavorandum at detinendum in eo tenore ut abto tempore ego et heredibus meis illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliore cultum perducere debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucuminas et vites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris et sicut iustum fueris: et ipsis arvoris trappare et potare et propaginare debeamus quomodo iustum fuerit et merueris: et in uno capite a parte de memorata terra de memoratis omminibus de pumilianum abere exinde debeamus unum modium de terra per passi mensuratum ubi abitare et residere debeamus et casas et area seum ortum et

reditas ibidem facere et abere debeamus: et super nos ipsum modium frugiare debeamus subtus et super unde nullam nobis exinde queratis: et omnia quodcumque mihi meisque heredibus deus dederis in quolibet seminatus que in ipsum campum seminaberimus in mea meisque heredibus sint potestatem unde nullam nobis exinde queratis aut tollatis: tantummodo homni annuo ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde terraticum dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense de quale victum ibidem seminaberimus modias quindecim bonum siccum tractum paratum usque intus porta memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. mensuratum at modium iustum de comedendum sine omni amaricatione: et desuper quantum binum ibidem omni annue nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate: vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietate: et ego et heredibus meis similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et pesteris vestris exinde tetigeris ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illut servare debeamus in organeis nostris dies tres: et omni annue ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illut traere debeamus gratis usque ad illa obedientia vestra de memorato loco pumilianum sine omni amaricatione: et ego et heredibus meis illut vindemiare debeamus at omni nostro expendio: vinum at vibendum at ipsis operariis qui ibidem bindemiaveris communiter demmus et per vindemias duas personas vestras nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum bindemiaberimus unum at campum et alium at palmentum: et si ibidem inventa dederis duas vices per annum in casa mea vobis recipere debeamus cum tres personas per vices: et ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et at caballis vestris manducare et vibere dare debeamus quomodo iustum fueris: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris et memorato sancto et venerabili vestro monasterio mihi meisque heredibus exinde iactare aut illos tollere per nullum modum nec per summissas personas vene ego et heredibus meis illos lavorantes et arbustantes et omni annue pargiantes et omnia memorata atimplentes ut super legitur: et dum illos tenuerimus vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio mihi meisque heredibus illos defendere debeatis: et quandoque ego et heredibus meis illos abrenun-

tiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare vonum arbustatum et vitatum et cum omni sua melioratione : et licentiam et potestatem abeamus ego et heredibus meis exinde exire una cum omnia nostra causa quomodo ibidem liveris introivimus sic inde liberis exiamus excepto fructoras et sepis per giro ipso fundo que exinde non bersemus : quia ita nobis placuit : Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii tabularii per memorata duodecima indictione †

hoc signum † manus memorato iohanne qui nominatur tertiatore quod ego pro eu subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ $\overline{\text{ΔΝ}}$ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ $\overline{\text{ϹΟΥΒ}}$ †

† Ego stefanus Curialis : testis subscripsi †

† Ego stephanus Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per memorata duodecima indictione †

CCCXLIII.

An. 1029. † In nomine domini nostri Ihesu Christi. Primo anno Imperii domino Romano diagenio Sanctissimo Imperatorem nostrum Mense madio *duodecima* Indictione. Ideoque nos sumus iohanne et guaimundo veri germani filii quondam sabbo. qui sumus habitatores civitate biccarense declaramus nos quoniam habemus quartam partem in ecclesia et vocabulo sancti nicolai confessoris. que est in pertinentiis eadem civitate erga ipso in propriis nostris hereditatibus pertinentem nobis da supradicto genitore nostro. Quia cum quadam die dum quietis resideremus inter nos cogitare cepimus infra nosmedipsis: qualiter in peccati nati sumus et conceptis et qualiter ab infantia nostra die noctuque per oris et mentis innumerabilia peccata nostra commisimus et qualiter in illo terribili iudicio de cuncta vita nostra vel......rationem reddituri sumus et qualiter ab illo iniquissimo iudicio unusquisque recipere secundum opera sua. et rursum cogitare cepimus qualiter in fine peccatores qui ie peccata eorum redimere neglegunt in illa pavenda pena perpetua cum diabolo damnabuntur et qualiter iusti et electi dei in illa eterna beatitudine cum domino gloriabuntur. et subito respeximus divina pietate et compunctus est cor nostrum. et cum tremore cordis. cepimus querere consilium a sacerdotibus et religiosi viri qualiter innumerabilia peccata nostra redimere potuissemus. et ira eterni iudicii et perpetua pena evadere potuissemus et accepimus nos prenominati iohannes et guaimundo consilium ab eorum et illi dixerunt nobis. excepto isto seculo renuntiare potuissemus nullum alius inter elemosinarum ....de propriis rebus suis et substantiis monasterium construxisset et ibi cetum monasterii famulantium deo coadunasset. Quum ibidem secundum regulam et normam beati benedicti laudes deo resultet et vota persolbat. et omni tempore pro animabus nostris nostrorumque parentum incensent et exorent, et modo congruum est nobis supranominati iohannes et guaimundo veri germani ipsa quarta parte de suprascripta *ecclesia* et cum medietate de uno orto qui est secus ipsa ecclesia erga ipso molino de iohanne iudice et notario qui ibidem pertinet nobis pro nostra concessione et cum omni ordine quantum ad ipsa ecclesia pertinet Hofferimus deo omnipotenti dono et trado tibi domino azzo venerabilis habbas in

manu tua. et inde ego constituo monasterium construere et cetus monachorum famulantium deo ibidem coadunare et concessum cello cum illius necessaria in ipsa eadem gentium seu illuc unicuique ibidem adbentantium peremne subsidis ipso predicta medietate. et ipsa quarta parte de ipsa hecclesia cum omni ordine quantum infra se abet: in integrum quomodo super scriptum est per cartam donationis seu concessionis Nos iohannes et guaimundo concedimus tibi domino azzo venerabilis habbas et ad tuis successoribus et posterioribus: ante presentia iohanne iudice et notario. et subscriptos testes: In peremniter mansurus In ea videlicet ratione. Sicut domino liuprando rex in edicto langobardorum instituit: Qui in ecclesia aut in loco sanctorum aut in sinodochia. pro anima sua aliquod quodcumque donaverit stabile debead permanere et quia donnus carolus rex in suo capitulo affixit Si quis langobardus recogitans pro salute anime sue de rebus suis cartulam donationis cuilibet facere voluerit absolute faciad unusquisque de rebus suis quod voluit et noberit Hec omnia sicut super legitur. Unde secundum leges donavimus vos predicto domino azzo venerabilis habbas et posterisque successoribus tuis pro salute et salbatione anime nostre nostrorumque parentum ut nobis dominus ihesus christus veniam de peccatis nostris tribuere dignetur ut cum venerit dies illius iudicii. Mercede a domino accipere mereamur: In eam videlicet rationem concessimus tibi predicto domino azzo venerabilis habbas et ad tuis successoribus ipsum iamdictum venerabilem locum beati nicolai et predicta orta: ut habeatis eam potestatem In requietate ac pacifica ab odierna die et deinceps. Tam tu qui in presentis est Quam et illi qui benturi sunt famuli christi absque ulla contrarietate Seu molestatione vel minuitate de nos vel de eredum nostrorum Seu genus vel parentum nostrorum In sempiternum. Et non sit subiecta sub aliis ipsa quarta Nisi solo.........sancti cui omnia subiecta sunt et nullus alius ibidem donentur vel indicentur Set pro redemtione anime nostre nostrorumque parentum ipsa concessio nostra iuste ac religiose conservaberit Quapropter eredes nostros districtos et statuimus et terribiliter adiuramus per una ac trina magestas et omnes choros Angelorum adque virtutes celorum et per omnes patriarchas et prophetas. et apostolos Martires confessores et virgines. et omnes sanctorum adque sanctarum eius. qui ei placuerunt ab initio mundi. ut ipsum venerabilem locum sancti nicholai

habitatoresque ipsius. cum universis respicientibus omnia et in omnibus ipsa quarta parte de ipsa ecclesia cum medietate de ipso orto. fiad sub vestra potentissima defensione et curam de ipsum venerabilem locum habeatis: Sicut de vestre proprie domus ex ipsa supradicta vestra concessio sicut super scriptum est antistemus ab omnibus ominibus et si forte declamaverint aut quacumque querela pervenerit dei summi amore. Homnes illi iustitia adimplere non differt Set omni tempore sicut super concessio nostra promittimus promittant Nullam.........violentia domino ratione vel super ratione seu invasione vel qualecumque molestatione eidem venerabilem locum facere presumat Nisi.......super pro dei amore et redemtione anime nostre vel parentum nostrorum et quando tu domino azzo venerabilis habbas de predicta sancta..........obierit licentiam habead ipsa tua congregatione de nostra quarta quod nobis pertinet abbatem inter se eligere quale de illorum melius sivi.......et secundum regulam beati benedicti petieri eorum petitione adimplead. Et si quis autem uius concessionis sacrilegus. ....qui ausus fuerit contra nostra concessione causatione vel minoratione Seu molestatione vel invasione facere presumserit...... vare voluerit aut de nostra gente vel qualiscumque persona. Sciad se in tremendi iudicii examine causa a nobis dicturum.........in ira summa individue trinitatis et in onore sancti nicolai incurrat et descendat super eum paternorum suorum.......et abeat parte cum dathan et abiron. et cum iuda proditore domini et magistri sui. qui ab apostolico agmine segregatus est et segregatus fiad a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi extorreus et alienatus ab omni ingressu ecclesiarum et cum impiis et scelleratis pars illius sit in stagnum ignis et sulfuris ardentis et quicumque adiutor et conservator vel offertor extiterit videat claritatem dei et cum electis eius et audire merear cum is qui a dextera positi sunt erit venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Hunde et guadiam tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus Martino filio quoddam lupo magistro......et obbligamus nos et nostros heredes vobis domino azzo venerabilis habbas et tuisque successoribus quod si ec omnia quod superius scriptum est si non adimpleverimus aut si exinde tollere vel minuare vel minuare voluerit ut componamus nos qui supra nominati germani vel nostris eredibus ibidem in ipsa sancta ecclesia cui de nostra claruerit culpa pena

centum quinquaginta solidi constantiniani aurei boni. et post..........
hanc cartam ista donationis: Seu concessionis adque iudicationis. Omniumque temporum firmam et stabile permaneat in perpetuum et per supradictam guadiam et iamdictum mediatorem qui se tribuit nobis ad pignorandum per omnia pignora sua legitima et inlegitima........... invitis adimpleamus vobis iuxta vel textu cartule. Quam te iohannes notarius leonique filius taliter scribere rogavimus....viccarense civitate

† Ego qui supra iohanne iudice

† Signum crucis proprie manus iohannis filii bonizzorain......

† Signum crucis proprie manus altemanno

CCCXLIV.

† IN Nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno primo: Die hoctaba mensis aprilis indictione tertia decima neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quondam domini stephani de turre ego autem cum consensum et volumtate presenti domini aligerni viri mei: A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi tivi domino leone venerabili diaconi sancte neapolitane ecclesie filio quondam gregorii trippola: Idest integram *unam* corrigiam de terra mea que nominatur ad illam lamam constituta in loco qui vocatur *suptus caba* una cum integra medietate mea de scapulas suas ibidem in lamam *suptus caba* parte hoccidentis. simul cum arboribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus. pertinente vero mihi per parentorum meorum: coherente sivi ab uno latere parte horientis terra que fuit quondam domini anastasio cacapice que modo detinet ille cuculo. et ex parte exinde detinuit ille nasugacta. sicuti inter se termines exfinant. et de alio latere memorata parte hoccidentis in qua sunt ipsis scapulis quas ipsa medietate mea tivi superius venumdedi est terra monasterii sancti marcellini. et in aliquantum terra domini iohannis morfixa. de uno capite parte septemtrionis terra monasterii sancte marie que appellatur ad cementaria. et ad vero alio capite parte meridiana terra de hominibus de sol et luna:

An. 1030.

De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienas cuiusque personas quod absit commisit potestatem: set a presenti die et deinceps prenominata integra memorata corrigia de terra mea que nominatur ad illa lamam *constitutam* in memorato loco suptus caba. uno cum integra medietate mea de memoratis scapulis suis ibique inter se coniunctis a memorata parte hoccidentis. cum arboribus et cum introitas suas qualiter illos per memoratas coherentias exegregavi sicut superius legitur a me tivi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam habeatis potestatem: et neque a me memorata maria honesta femina cum consensum et volumtate memorati domini aligerni viri mei. neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino leone venerabilis diaconi sancte neapolitane ecclesie aut heredes tuis vel cui tu illut dederis aut reliqueris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissas personas ha nuc et imperpetuis temporibus: Insuper et ab omnes homines omnique personas omni tempore ego et heredes meis tivi tuisque heredibus exinde *in omnibus* antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a te exinde in presentis idest auri solidos *viginti* quimque de auri ana quattuor tari per solidos in omnem decisionem seu deliberationem: Quia ita mihi vone volumtatis complacuit: Si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra hac chartulam venditionis ud super legitur venire presumserimus et in aliquit hoffensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus tivi tuisque heredibus auri solidos quinquaginta bythianteos. et hec cartula venditionis ud super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per memorata tertia decima indictione † Hoc signum † manus memorata maria honesta femina cum consensu et volumtate memorati domini aligerni viri sui *quod ego* qui memoratos hab eam rogatus pro hea subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego sergius *filius* domini gregorii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ΕΓΟ ΣΕΡΓΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΣΠΑΡΑΝΙ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ ΕΤ ϹϹΤΟϹ ϹΟΛΙΔΟϹ ΤΡΑΔΙΤΟϹ ΒΙΔΙ †

† ego..........filius domini sergii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego petrus Curialis qui post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata tertia decima indictione †

CCCXLV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno secundo: die nona mensis septembrii indictione quarta decima neapoli: Certum est me heupraxia filia quondam cesarii subdiaconi: et quondam maria iugalibus qui fuit filia iohannis scoppolaursum qui fuerunt abitatores de castro putheolano: set ego modo abitare videor intus cabstro cummano: A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi vobis domino laurentio venerabili presbytero et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: idest integrum omnem licerem et portiones seum pertinentias meas quantum et quomodo mihi memorata eupraxia honesta puella obenit et pertinet aut pertinentes fuerit per quobis modum de integrum campum bestrum memorati vestri monasterii qui nominatur sessana positum in memorato territorio putheolano: quibus vero memoratum campum unde omnem licerem meum vobis venumdedit ut super legitur illut atpreensit per chartulam at pastenandum quondam iohannes de cramo proabbio meo da memorato vestro monasterio: et per ipsa chartula pastenationis est legatum in memorato vestro monasterio: iterum et quondam eupraxia abbia mea genitrice memorata maria genitrice mea filia memorati iohannis de cramo proabbio meo iterum ipsa illos legavit in memorato vestro monasterio: quem vero ipsa chartula pastenationis cum memorata chartula legationis de memorata abbia mea hapud vos illos habetis: de qua nichil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienas cuiusque personas quod absit commisit aut iam committo potestatem: set a nunc et deinceps a me vobis sit ve-

An. 1030.

numdatum, et traditum in vestra vestrisque posteris et memorato sancto vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis: liverum semper abeatis potestate: et neque a me memorata eupraxia honesta puella neque a meis heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam vos aut posteris vestris nec memorato sancto vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper promitto vobis ut si quobis tempore exieris quavis personas qui vos aut posteris vestris aut memorato vestro monasterio exinde at querendum beneris per quobis modum per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem: propter quod exinde accepi a vobis in presentis idest auri tari sex sicut inter nos combenit: etiam et memorata genitrice mea scripsistis in sacro sancto dipticos vestros: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata quarta decima indictione ✝ hoc signum ✝ manus memorata eupraxia honesta puella quod ego prò eas subscripsi et memorati tari traditos bidi ✝

✝ ego stefanus filius domini cesari testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝

✝ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝

✝ ego leo filius domini iohannis testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝

✝ Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quarta decima indictione ✝

CCCXLVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno secundo: die undecima mensis ianuarii indictione quarta decima neapoli: Certum est nos stephano primicerio filio quondam romani primicerei: et sergio qui nominatur picillo filio quondam iohannis pappadeum: et iohanne qui nominatur crispulo filio quondam leoni crispulo: seum iohanne qui nominatur miscino filio quondam rommani pappadeum hoc est thio et nepotes abitatoribus autem in loco qui vocatur ad actone at sanctum stephanum foris flubeum: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino laurentio venerabili presbytero et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et vachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cuncta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii propter una chartula menbranis scripta quas nos perditam abemus que da memorato vestro monasterio atpreensam abuerunt memorato romano genitori meo memorato stephano primicerio cum quondam stephano qui dicebatur pappadeum et cum urso germanis suis thiis et abbiis nostris de inclitas duas coniolas de terras iuris memorati vestri monasterii una cum scapulis et rias suas et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus unum vero ex ipsa coniola est desuper sancta maria que nominatur lassamanica de memorato loco actone: et alium est de subtus ipsa ecclesia et qualiter vadit et descendit usque at ribum proprium memorati vestris monasterii qui est coniuntum ipsum ribum cum scapulas et terras vestras ubi abetis illa obedientia vestra sancti basilii de loco qui vocatur nonnaria: et de alio latere est ipse coniolus de subtus coniuntum cum ribo qui nominatur de fontana quomodo aquas exfinat: unde per anc chartula repromittimus et firmamus vobis quia nullatenus presummimus nos aut heredibus nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris nec memorato sancto vestro monasterio exinde querere nec per memorata chartula que da memorato vestro monasterio at lavorandum atpreensam abuerunt memoratis parentibus nostris que nos modo perditam habemus nec An. 1031.

per alium quolivet modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: set si quobis tempore inbentam dederis memorata chartula sive apud nos aut apud nostris heredibus vel aput alias quabis personas tunc modis omnibus sit inanis, et bacuam et nullam in se habeat qualibet roborem firmitatis per nullum modum: insuper et apud vos ea caupsata ponere debeamus quandoque carueris: insuper et si quobis tempore exierit quabis personas qui vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio exinde at querendum beneris per quobis modum per nos aut per nostris heredibus aut per memorata chartula tunc nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris personas illas exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris auri solidos trigintas sex bythianteos et hec cartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata quarta decima indictione † hoc signum † manus memorato stephano primicerio: signum † manus memorato sergio qui nominatur picillo: signum † manus memorato iohanne qui nominatur crispulo: signum † manus memorato iohanne qui nominatur miscino hoc est thio et nepotes quod ego pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ

† ego marinus filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quarta decima indictione †

CCCXLVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno secundo: die quarta decima mensis februarii indictione quarta decima neapoli: Certum est mè sergium qui nominatur bareanum filium quondam gregorii barsani: A presenti die promtissima *voluntate* promitto vobis domino laurentio venerabili presbytero et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. et at cunta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter quod ego in memorato sancto et venerabili vestro monasterio contravi terra et monte seum silba insimul in uno coniunctum posita in loco qui vocatur romani at massa: dicendo pars mea ut memorato vestro monasterio ibidem non aberet: set meum et de parentibus meis et de consortibus meis exeret: etiam et ibidem supra perreximus cum iudices pubblicos et ostensistis nobis exinde una chartula securitatis membranis scripta que in memorato vestro monasterio exinde posuit quondam domino sergio magnifico filio quondam domini iohannis monachi: et de domino gregorio filio quondam domini sergii: seu iohanne filio quondam domini sergii baresani hoc est parentes quomodo memorato vestro monasterio ibidem portione aberet da quondam domina eusebia: et ipsa firmissima chartula securitatis ibidem supra relegere fecimus: et dum ipsa chartula securitatis lecta fuisset tribuerunt exinde inter nobis hoc iudicium ut ego ponere vobis exinde chartula promissionis: et omni tempore exinde aberet memorato vestro monasterio de ipsa silha et monte seu terra insimul in uno coniunctum cum omnibus sivi pertinentibus una quatra: deinde et ego per anc chartula et pro eodem iudicium repromitto et atfirmo vobis quia nullatenus presummo ego aut heredibus meis nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio ex ipsa quatra vestra cum omnibus sivi pertinentibus exinde querere aut contrare per nullum modum nec per summissas personas in perpetuis temporibus:

An. 1031.

et si quobis tempore exieris quavis personas qui vos aut posteris vestris exinde quesierit per quobis modum per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus : etiam et omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris exinde desuper tollere debeamus homnes germanis et germanas meis viris et consobrinis et illorum heredibus nullam exinde mittentes occansionem : quia ita nobis placuit : Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata quarta decima indictione † hoc signum † manus memorato sergio qui nominatur bareanum quod ego pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscrtpsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ ΤΕCΤΙ COYB †

† Ego petrus Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quarta decima indictione †

CCCXLVIII.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno secundo: die vicesima sexta mensis aprelis indictione quarta decima neapoli: Definivi ego theodoro qui nominatur pischicello filio quondam leoni pischicelli: vobiscum denique domino laurentio venerabili presbytero et monacho rector et dispensator monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et cum cunta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: de intentione que inter nos abuimus propter maris vestris da piscationes de salpes qui sunt iusta in insula memorati vestris monasterii qui nominatur at sanctum bicentium et iusta ecclesie vestre sancte varvare que vos habetis prope ecclesia vestra sancti sergii de intus castro lucculano: et dicitur ipsis maris at vibarum foris illa fuce ad illum cantarum da foris ille plane vestre ipsius vestris monasterii: etiam et de ex ipsis maris vestris ego vobis contravit unum mare: dicendo pars mea ut memoratum unum mare que ego vobis contravit meum exet: et ego eum tenuit et dominavit per quadragintas annos: et memorato vestro monasterio ibidem nullam dominatione abuisset: et pars autem vestra memorati vestri monasterii replecans dicens absit ut sint ita: set dicebatis ut proprium bestrum exet: sicuti sunt memoratis aliis maris vestris que ibidem abetis: etiam et ostensistis mihi exinde chartula quomodo memoratis maris memorati vestri monasterii sunt: unde multa altercatione exinde inter nos abuimus nunc autem iudicatum est: exinde inter nobis oc iudidicium ut iurare mihi pars vestra et dicere ut memoratum mare que ego vobis contravit de memorato vestro monasterio exet: sicuti sunt memoratis aliis maris vestris quae in memorato loco abetis ego autem ponere vobis exinde securitate: et quia ego in presentis relaxavi vobis memoratum sacramentum: deinde et ego per anc chartulam repromitto vobis quia nullatenus presummo ego aut heredibus meis nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris vel memoratus vester monasterius

An. 1031.

exinde querere per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: etiam et si quobis tempore exierit quabis personas qui vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio exinde at querendum beneris per quobis modum per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus: quia ita inter nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut per summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula securitatis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata quarta decima indictione † hoc signum † manus memorato theodoro qui nominatur pischicello quod ego pro eum subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergi testi subscripsi †

† Ego leo tabularius testis subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quarta decima indictione.

CCCXLIX.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno imperatore anno secundo: die tertia mensis iunii indictione quarta decima neapoli: Certum est nos stephanum humilem abbatem monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora. una cum cuncta nostra congregatione monachorum memorati nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate promittimus vobis maria honesta femina et aligerna germanis filiis quondam iohannis cognominabatur dischipulo. et quedam muscata posteriora iugalibus et tu memorata maria coniux presenti sergii cafatina: propter integram medietatem de inclita terra que vocatur centula posita vero in loco qui vocatur miana. Una cum arvoribus et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi ab ipsa medietate de memorata terra de uno latere terra heredum quondam leoni greci filio quondam manvili greci de alio latere terram heredum quondam leoni filio quondam domini marini. de uno capite terra heredum iohannis filio quondam domini theodori. de alio capite est alia medietate ex ipsa terra qui est de infirmarii memorati vestri monasterii: de qua primum quidem omnium promittimus vobis quia numquam presummimus nos aut posteris nostris nec memorato nostro infirmario de memorata medietate ex ipsa terra ut super legitur vos aut heredes vestris querere per chartulam offertionis quem fecit quondam petro a deo deboto monacho memorati nostri monasterii in iamdicto nostro infirmario aut per alium quolibet modum nec per summissas personas imperpetuum. et qui vos aut heredes vestris de ipsa medietate ex ipsa terra ut super legitur at querendum benerit per nos aut per nostris posteris vel per memorato nostro infirmario. tunc nos et posteris nostris et memorato nostro infirmario vobis vestrisque: heredibus exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus: asque omni data occansione. Ita et nullatenus presummetis vos aut heredes vestris nec abeatis licentiam aliquando tempore nos aut posteris nostris nec memorato nostro infirmario querere de integram portione qui

An. 1031.

fuit memorati petri monachi memorati nostri monasterii ex integrum fundum positum vero in memorato loco miana vel de integra portione de ipsius domini petri monachi ex integra pischina qui est intus eodem fundo. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus sibe per una chartula emtionis vestre quem exinde fecit memorato petro deboto monacho per absolutione domini stephani abbatis memorati monasterii aut per quobis modum nec per summissas personas imperpetuum. et qui nos aut posteris nostris vel memorato nostro infirmario exinde at querendum benerit per nos aut per vestris heredibus tunc vos et heredes vestris nobis posterisque nostris et at memorato nostro infirmario exinde desuper tollere et tacitos facere facere debeatis asque omni data occansione: Quia ita inter nobis combenit: Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris et memorato nostro infirmario vobis vestrisque heredibus auri solidos sedecim bythianteos: et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma: scripta per manus leonis curialis scribere rogatus per memorata indictione †

† Stephanus humilis abbas subscripsi †

† andreas humilis monachus subscripsi †

† Iohannes humilis monachus subscripsi †

† Andreas humilis monachus subscripsi †

† ego sergius filius idem domini sergii testi subscripsi †

† ego iohannes filius idem domini iohannis testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΚΕϹΑΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quarta decima †

CCCL.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno imperatore anno secundo: die quarta mensis iunii indictione quarta decima neapoli: Certum est nos iohannes humilem abbatem monasterii beatissimi gregorii qui nominatur de regionarium situm vero at cimbeum regione furcillense una cum cuncta nostra congregationes monachorum memorati nostri monasterii: nos autem cum consensum et voluntate de dominiis iamdicti nostri monasterii: A presenti die promictimus vobis stephano primicerio filium quondam leoni musca et petro qui nominatur sasaffa filium quondam eidem petri sasaffa. oc est cognatis. avitatoribus vero in loco qui nominatur ponticellum quod est foris flubeum: propter integras clusuria de terra nostra iuris memorati nostri monasterii. et nominatur centimola posita vero in loco qui nominatur tertium eodem loco foris flubeum: una cum introitum omnibusque eis pertinentibus: coherente sivi da una parte terra heredum quondam de illum putrecclana sicuti inter se fossatus et sepis exfinat: da secunda parte terra de illum capumetra sicuti inter se fossatus et sepis exfinat: da tertia parte est terra nostra iuris memorati nostri monasterii que in nostra reserbavimus potestatem: a quarta parte est terra gregorii qui nominatur de gurgite qualiter inter se fossatus et terminis exfinat: quas vobis vestrisque heredibus dedimus at terraticum: In eo vero tenore quatenus memorata clusuria de terra nostra iuris memorati nostri monasterii ut super legitur in vestra vestrisque heredibus sint potestatem tenendi et dominandi seum seminandi et super vos recolligendi et de vestra sint potestatem faciendi que volueritis unde nullam partem nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio vobis vestrisque heredibus exinde queramus dantes vos et heredes vestris nobis posterisque nostris et in memorato nostro monasterio exinde omni annuo per estatem terraticum dare et atducere debeatis. de que ibidem seminabritis tanta vero modias quanta modias ibi bernoticum seminabritis bonum siccum tractum et mensuratum usque intus porta memorati nostri monasterii gratis

An. 1031.

at modium iustum de comedendum absque omni amaricatione: et numquam presumimus nos aut contis nostris vel memorato nostro monasterio nec abeamus licentiam memorata clusuria de terra nostra iuris memorati *nostri monasterii* ut super legitur vobis vestrisque heredibus tollere per nullum *modum* dantes et persolbentes vos et heredes vestris nobis *posterisque* nostris et in memorato nostro monasterio exinde omni annuo memoratum terraticum ut super legitur: et quandoque vos et heredidus vestris memorata clusuria de terra nostra iuris prefati nostri monasterii abrenuntiare bolueritis licentiam et potestatem abeatis: Quia ita nobis stetit: Si autem nos aut posteris nostris vel memorato nostro monasterio quobis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis scribere rogatus per indictione memorata quarta decima †

† Iohannes humilis abbas subscripsi †

† Iohannes humilis monachus subscripsi †

hoc signum † manus petri monachi qui nominatur muscu signum † manus iohannis qui nominatur de nera ipsius congregationis: signum † manus iohannis qui nominatur armagaudium dominius memorati monasterii quod ego qui memoratos pro ei subscripsi:

† ego iohannes dominio subscripsi †

† ego stefanus dominio subscripsi †

† ego iohannis filius domini stefani testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego saductus filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quarta decima.

CCCLI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno tertio: die sexta decima mensis magii indictione quinta decima neapoli: Definivi ego petro qui nominatur barusso filio quondam domini aligerni barusi: et quondam domina maria honesta femina qui marenda clamabatur iugalium personarum: vobiscum denique domino laurentio venerabili presbytero et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et cum cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: de intentione que inter nos abuimus: de una hapertuna quod est canalicellum quas ego fecit in astracum de superiora domui mee et decurrit in anditum bestrum qui pergit at ecclesia vestra sancte agathe iuris memorati vestri monasterii: et vos mihi illut contrastis: dicendo pars vestra ut ego illud fravice ut non decurreret per ipsum canalicellum ipsa aquas in memoratum anditum bestrum: et pars mea dicebat ut non est ita ut illut fravire: eo quod est ipse anditus comunalem meum et bestrum quantum badit ille orto meo: etiam et ipse orto meo est a parte meridiana: et ipse andito vestro a parte septemtrionis: set ipse orto meo est coniunctum cum ortum vestrum memorata ecclesia vestra sancte agathe: et quia perreximus ibidem ambas partes cum iudices publicos et ibidem ostensistis nobis una chartula comparationis in tumbo scripta que atpreensit quondam domino benedicto religioso igummeno memorati vestri monasterii da quondam domina eupraxia filia domini petri militi una cum consensu domini aligerni viri sui et in eadem chartula continet quomodo ipse introitum est bestrum de memorata ecclesia vestra sancte agathe: et iudicatum est exinde inter nobis quatenus a die presentis ipsum canalicellum fravire: deinde et ego per anc chartula repromitto et affirmo vobis quatenus a die presentis ipsa hapertuna quod est canalicellum fravire debeamus ut per ipsa domum mea in memoratum anditum bestrum nulles aquas decurrere aut bersare non debeamus et nec ibidem ante parata aut qualivet spurcitiam non faciamus ego nec meis heredibus per nullum mo- An. 1032.

*

dum: set ego et heredibus meis omni tempore introitum abere debeamus a memorata domum mea et a memoratum ortum meum quod est insimul in uno coniuntum per anditum comunalem qui venit da vico publico qui salit at illa porta noba et at ficariola et usque at illa porta mea qui ingredit in memorata domum mea et in memoratum ortum meum absque omni contrarietate: etiam et da illum cantone de memorata porta mea ipse denique cantus ex ipsa porta mea qui est a parte occidentis: et da ipsum cantone in parte occidentis qualiter monstrat in parte septemtrionis et qualiter badit usque at memorata ecclesia vestra sancte agathe siat ipse anditus proprium bestrum sine omni mea et de meis heredibus qualivet contrarietate: set ud superius diximus ego et heredibus meis per ipsum anditum communalem qui est iusta memorato vico usque a memorato cantone da memorata porta mea ut super legitur per ipsa porta mea introitum abeamus a memorata domum mea et a memoratum ortum meum qualiter superius legitur iterum et in eadem domum mea introitum abere debeamus per alia regia mea: qui est iusta memorato vico publico et ingredit in memorata domum mea: quia ita nobis iudicatum est: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredes meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula securitatis promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata quinta decima indictione † hoc signum † manus memorato petro baruso quod ego pro eum subscripsi †

et hoc memorati summus ut omni tempore ego et heredes meis a memorata domum mea et a memoratum ortum meum per memorata porta mea et per memorata regia mea introitum abere debeamus cum omni nostra utilitate die noctuque absque omni contrarietatem

† *εγω κεσαρειυς φιλειυς δν ιοαννει τεστει σουβ* †

† ego sparanus filius domini petri testi subscripsi †

† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata quinta decima indictione †

CCCLII.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro rommano magno imperatore anno quarto: die vicesima mensis magii indictione prima neapoli: Certum est nos stephanum humilem abbatem monasterii sanctorum anastasii et basilii situm at media qui nunc congregatus est in monasterio beate marie que appellatur at cappelle. una cunta congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate: commutabimus et tradidimus tibi vona puteolana filia quondam gregorii puteolani cognominabatur barabarana coniux presenti voni primicerei puteolani. abitatrice vero intus castello puteolano: Idest integra tertia nostra memorati nostri monasterii ex integra terra que vocatur at sexana posita vero in eodem territorio puteolano. una cum arvoribus et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. qui indibisa reiacent cum alias duas partes exinde qui pertinent at monasterio sancti sebastiani: coherente sivi insimul a parte septemtrionis terra stephani qui dicitur trurula puteolano. et via qui pergit at ecclesia sancti proculi eodem territorio puteolano sicuti inter se sepis et egripus exfinant a meridiana vero parte et ab oriente quoque parte est silices pubblica: ab occidente autem parte terra memorati monasterii sancti sebastiani: de qua nihil nobis neque in memorato sancto et venerabili nostro monasterio de oc que superius ibi commutabimus aliquod remansit aut reservabimus nec in aliena personas commisimus potestatem. et a nunc et deinceps a nobis tibi sit commutatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis. et neque a nobis memorato stephano humilem abbatem. una cum iamdicta cunta nostra congregatione monachorum prefati nostri monasterii neque a posteris nostris nec at memorato sancto et venerabili nostro monasterio nullo tempore numquam tu prenominata vona puteolana aut heredes tuis quod absit abeatis de oc que superius tibi commutabimus aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et

An. 1032.

imperpetuis temporibus: pro eo quod at bicem im presentis im commutationis recompensationisque accepimus a te exinde: Idest integras duas petias de terras tuas que nominatur at bitica posita vera im iamdicto territorio puteolano. utraque cum arvoribus et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus: coherente sivi at ipsa prima petia de terra. a parte septemtrionis terra memorati nostri monasterii sicuti inter se sepis et fossatus exfinant: a meridiana vero parte terra iohannis puteolani de iacono paulo: ab occidente quoque parte via pubblica. et abet ibidem latitudine passi triginta septem: et ab oriente vero parte est silice pubblica et abet ibidem de latitudine passi vigiati sex: et at predicta secunda petia de terra. abente a parte septemtrionis memorata terra memorati iohannis puteolani de iacono paulo: et de alia parte terra marini puteolani nepoti tui: ab oriente quoque parte est memorata silice pubblica. et abet ibidem de latitudine passi quindecim: et ex alia parte memorata via pubblica. et abet ibidem de latitudine passi tridecim. at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: unde nihil tibi exinde aliquod remansit aut reserbastis. set in nostra posterisque nostris memoratoque sancto et venerabili nostro monasterio sint potestate queque exinde facere voluerimus: sicuti et quomodo continet alia chartula commutationis nostre que tu cum voluntate memorati viri tui nobis et in memorato nostro monasterio exinde fecistis: Quia ita inter nobis combenit: Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris et memorato sancto et venerabili nostro monasterio tibi tuisque heredibus auri solidos sedecim bythianteos: et hec chartula commutationis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis scriniarii filius domini leonis curialis scribere rogabimus per indictione memorata prima †

† Stefanus humilis abbas subscripsi †

† Adeodatus humilis monachus subscripsi †

† Leo humilis monachus subscripsi †

† iohannes humilis monachus subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri testi subscripsi †

† ΕΓΩ ΛΑΝΔΟΛΦΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ̄ CΤΕΦΑΝΙ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis testis subscripsi †

† ego leo Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCCLIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domino nostro romano magno imperatore anno tertio: die vicesima mensis septembrii indictione prima neapoli: *Certum est nos* laurentio umilem presbytero et monacho dispensator *et rector monasterii sanctorum* sergii et vachi: qui nunc congregatus *est* in monasterio sanctorum *theodori et* sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: una cum cunta *nostra congregatione* monachorum memorati sancti et venerabilis nostris monasterii: quibus vero ego una .... pancrati igumeno ipsum monasterium cum omnibus eis pertinentibus per quobis modum............ atpreensimus per chartulam: A presenti die promtissima voluntate promittimus tibi presbytero qui nominatur cintruto filio quodam iohannis: propter integras sex uncias quod est *medietate* de integra ecclesia nostra iuris memorati nostri monasterii vocabulo sancti euthimii posita intus anc civitate neapolis in vico qui nominatur sol et luna: una cum integras sex uncias quod est medietate de dommibus et de avitationibus et cellis et de codicibus et ornamentis et cum medietate de omnes hereditates et de terris et ortuas ipsius ecclesie pertinentes que modo dominant et tenent ipsa ecclesia intus et foris cum omnibus eis pertinentibus omnibusque a memorata medietate intus et foris pertinentibus: unde reliquas alias sex uncias ex ipsa integra ecclesia cum omnibus sivi pertinentibus intus et foris per quovis modum quantum modo dominant et tenent datam abemus a quidem iohanne clerico filio quidem mundi presbyteri per chartulam ordinationis: in eo enim tenore quatenus a nunc et omnibus diebus vite tue memorata medietate de memorata integra ecclesia nostras una cum omnia et omnibus eis pertinentibus qualiter et quomodo superius legitur in tua sint potestatem tenendi et dominandi et ibidem omnem officium sacerdotalem facere. aut facere faciatis hoc est vesperos et matutinos seu missarum solemnias et oris laudibus: lumminariorum vero concimmationes sine ora ibidem facere vel facere faciatis ut aput Deum et coram hominibus vobis exinde laus et mercis atcrescat: et quodcumque in memorata ecclesia aut in avitationibus suis at conciandum abueris tu bite tue ipsa medietate exinde conciare de–

An. 1032.

beatis seu fravicare quomodo merueris et ut iustum fueris: et ipsa medietate de ipsis hereditatibus lavorandi et at lavorandum dandi absque scriptis et non quod absit aliquod exinde excriandi per nullum modum: et omnia quodcumque in ipsas sex uncias ex ipsa ecclesia offertum vel datum fueris sive a viribus vel a mulieribus si fuerit movile in tua sit potestate faciendi que volueris: si autem inmobile fuerit aut tale causa pro hornamentum de ecclesia post tuum obitum ibidem remanere debeas: tantummodo tu vite tue illut frugiare debeatis: et pro alimoniis tuis dedimus et tradidimus tibi cuntis diebus vite tue at frugiandum et memoratas medietates de memoratas omnes hereditates et terris et ortuas et avitationibus et cellis ipsius ecclesie intus et foris pertinentibus quantum modo. dominant et tenent qualiter et quomodo superius legitur ut in tua sint potestatem illos tenendi et dominandi seu frugiandi et de ipsas frugias faciendi exinde que volueritis: unde nullam cuntis diebus vite tue exinde queramus aut tollamus per nullum modum: tantummodo tu cuntis diebus vite tue omni annue nobis nostrisque posteris et in memorato sancto et venerabili nostro monasterio exinde dare et dirigere debeatis oblates parias duas: unum in nativitate domini et alium in sanctum pascham sine omni amaricatione: et non abeamus licentiam nos aut posteris nostris et memorato sancto nostro monasterio te cuntis diebus vitae tue exinde iactare aut illos tollere nec quod absit qualivet sacerdotem vel clericum aut monachum vel alias quavis personas ibidem ponere aut ordinare per nullum modum: cuntis diebus vitae tue: post autem tuum transitum tunc memorata medietate cum omnibus sivi pertinentibus qualiter et quomodo superius legitur que tivi dedimus de memorata integra ecclesia nostra ut super legitur et cum omnia quantum per inventaneum vobis atsignaverimus in nostra nostrisque posteris et de memorato nostro monasterio rebertantur et sint potestate cuius iure exe videtur: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut posteris nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus tibi vite tue auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata prima indictione †

† λαυρεντιος πρεσβῡ μοναχ και ρεκτορ υπεγραψα †

† ΙΩ ΠΡ ΚΑΙ ΜΟΧ ΥΠΕΓΡΑΨΑ †

† *κοσμας κληρικος και μοχ υπεγραψε* †

† *Βηταληος κληρικος και μοχ υπεγραψε* †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergi testi subscripsi †

† ego leo tabularius testis subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata prima indictione †

CCCLIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperantę domino nostro rommano magno Imperatore anno quarto: die quinta mensis decembrii indictione prima neapoli: Definivi ego sergio qui nominatur tocculo filio quondam stephani tocculi: et quondam anna ingelibus: vobiscum denique domino laurentio venerabili presbytero et monacho: dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et vachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et cum cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii: De intentione que inter nos abuimus: propter ex parte de terra que vocatur pratalem posita super nonnaria foris flubeum: etiam et ipsum ex partem de memorata terra est coniunctum da tribus partibus hoc est parte orientis et partem occidentis et partem meridiana cum casalem memorati vestris monasterii que vocatur pratale: et da partem septemtrionis coheret terra mea memorati sergii tocculi: unde dicebat pars mea quia memoratum ex partem ex ipsa terra ut super legitur meum exet de memorata terra mea pertinet eo quod ibidem est coniunctum: et pars autem vestra repleeans dicens absit ut sit ita: set dicevatis ut memoratum ex partem de memoratum casalem vestrum pertinet hoc est qualiter monstrat et exfinat unum egripum qui est inter ipsum casalem vestrum qui nominatur pratalem et memorata terra mea et qualiter exfinat iterum terminis qui ibidem per ipsum egripum ficti sunt et da ipsi terminis qualiter descendit et monstrat finiendo in partem occidentis in alium egripum. ubi est fictus unum termine in pictium ex ipsum casalem

An. 1032.

vestrum: set ipse pictium ex ipsum casalem vestrum est iusta terre ecclesie sancti iohannis qui vocatur in curte: unde multa haltercationem exinde inter nos abuimus nunc autem perreximus exinde ambas partes ibique supra cum iudices publicos et ibique per partes ostensimus chartules et ibidem illes relegere fecimus et declaravat una chartula membranis scripta quas ego ibidem ostensit ut sic exet ipsa fine inter ipsa terra mea et memoratum casalem vestrum sicuti memorati terminis exfinat: et dum taliter ibidem altercassemus iudicatum est exinde inter nobis quatenus ego ponere vobis exinde chartulam promissionis sine ómni sacramento: deinde et ego per anc chartulam repromitto et atfirmo vobis quia nullatenus presummo ego aut heredes meis nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio ex ipsum ex partem de memorata terra ut super legitur querere per nullum modum nec per summissas personas in perpetuis temporibus: etiam et si quobis tempore exieris quabis personas qui vos aut posteris vestris exinde at querendum beneris per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem: set omni tempore sic exe debeas ipsa fine intra memorata terra mea et memoratum casalem vestrum qualiter monstrat memoratum egripum qui est da parte orientis et directum qualiter descendit finiendo in parte occidentis sicuti et quomodo ambas partes ibidem terminis fiximus et usque in ipsum pictium memoratum casalem vestrum ubi fiximus usum terminem iusta memorata terra ecclesie sancti iohannis in *curte: quia* ita nobis iudicatum est: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata prima indictione † hoc signum † manus memorato sergio qui nominatur tocculo quod ego pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius idem domini iohannis testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testis subscripsi †

† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata prima indictione †

CCCLV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro romano magno imperatore anno quarto: Die vicesima nona mensis decembrii indictione prima neapoli: HOrta est itaque intentio inter me iohannes filium quondam domini theodori.. et te videlicet stephano pantaleo filium quondam leoni. et quondam pitrum honesta femina iugalium personarum. propter integre due portionis de domum qui fuerunt de quidem stephano filium quondam iohanni qui dicebatur papaleo quem memorato stephano tibi illa comutata habes cum consensum gemma coniugi suae posita intus anc civitatem neapolis intus curte commune que nominatur de sancta maria quę appellatur galatea regione summa platea per firmissima chartula commutationis suae quem apud te abere videris: unde te que sibi dicendo pars mea quia ipse ambe portionibus de memorata domum memorati stephani tu illa comparata haves. et pretium tu at eum exinde dedisses. pars autem tua atserebat ut tu ipse ambe portionibus de memorata domum illa comparatam non habes et pretium tum at eum exinde non dedisses nec at dare abes set tibi illut commutasset memorato stephano et in comutationem tum at eum exinde dedisses illa terra tua qui tibi pertinuit per memorata genitrice tua posita vero in loco qui vocatur muruni cum scapula et ribo omnibusque eis pertinentibus sicuti et quomodo continet memorata firmissima chartula commutationis tue quem apud te abere videris que mihi in iudicio ostensisti. et dum multum exinde inter nos intentio verteretur: In hoc iudicatum est exinde inter nobis ut persona tua mihi prevere sacramentum dicente mihi ut memorate ambe portionibus de memorata domum qui fuerunt de memorato stephano tu illa comparata non habes et pretium tu at eum exinde non dedisses nec at darem abes set tibi illa in commutationem dedisses memorato stephano pro memorata terra tua de muruni absque omni colludio. IDeoque et in presenti recepi a persona tua memoratum sacramenrum dicente mihi ut superius atseruisti. et definibi exinde tecum in omnibus. et amodo et semper numquam presumo ego memorato iohanne aut heredes meis nec habeamus licentiam aliquando temporem te memorato stephano pantaleo aut heredes tuis exinde querere de

An. 1032.

ipse ambe portionibus de memorata domum tua qui fuerunt memorati stephani quem tibi commutata habes per memorata firmissima chartula commutationis tue per nullum modum nec per summissas ha nunc et imperpetuis temporibus. et si quavis personas te aut heredes tuis exinde quesierit per me aut per meis heredibus tunc omni temporem ego et heredes meis tibi tuisque eredibus tibi tuisque heredibus exinde desuper tollere debeamus absque omni tua heredumque tuorum qualivet damnietatem. Quia ita inter nobis iudicatum est: Si autem ego aut heredes meis quovis temporem contra hanc chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quovis modum aut summissas personas. tunc. componimus tivi tuisque heredibus auri solidos quadraginta bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma .imperpetuum. scripta. per manus leoni tabularii scribere rogatus per indictione memorata prima † Hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego sergius filius domini stephani testi subscripsi †

† ego ursus filius domini theodori testi subscripsi †

† Ego iohannes filius domini stephani: testis subscripsi †

† Ego leo tabularius Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCCLVI.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno quarto; die vicesima quinta mensis aprelis indictione prima neapoli. Definivi ego iohannes qui nominatur franco filio quondam stephani franci et medici: vobiscum denique mari et gregorio uterinis germanis filiis quondam marini qui super nomen tunca sancte neapolitane ecclesie et habitatoribus in loco qui nominatur balusanum: de intentione que inter nos habuimus propter ex parte de portione vestra de inclitum fundum positum in memorato loco balusanum: una cum arboribus et fructoras suas et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: qui coheret sibi ab una parte fundum meum: que ego comparatum habeo da illum sanguinarum; seum: et in aliquantum fundum gregorii qui nominatur scarola sicuti inter se hebuicus et sepis exfinat: et de alia parte est alium fundum meum que comparatum abeo da heredes quondam domini petri de domini adelgisi sicuti inter se terminis et sepis exfinat: da tertia parte est reliquum ex ipsa portione vestra ex ipsum fundum: et da quartam parte terra memorati gregorii qui nominatur scarola sicuti inter se sepis exfinat; unde vos quesibi dicendo pars mea ut ipsum ex parte ex ipsa portione vestra ex ipsum fundum qualiter illut per memoratas coherentias exegregavi ut super legitur meum fuisset et siat et michi pertinet per comparatum per chartulam comparationis mea que michi exinde et de alia una petia ex integrum ipsum fundum seum et de portione sua que est quarta de piscina comune qui ibi est fecit quidem recei filio quondam ursi una cum consensum divitiam coniux sua: pars autem vestra asserebat dicens quia beritas non est set dicebatis ut ipsum ex parte ex ipsum fundum qualiter illut per memoratas coherentias exegregavit ut super legitur vestrum siat et vos in portione vestra tetigisset una cum ipsum reliquum ibique coniuntum pro medietate vestra a quondam gregorio qui super nomen mutiomutio thio vestro per chartulam combenientie divisionis vestra membranis scripta que vos michi in iudicio hostensistis: de qua multa altercationem exinde inter nos habuimus et perreximus illuc super cum iudices et ibique hostensistis vos ipsa chartula combenientie divisionis

An. 1033.

vestra qui continebat quomodo ex integrum vestrum fundum vobis pertineat medietatem: et at memorate quondam gregorio thio vestro cuius portionem ego comparatam habeo da memorato rocci exinde pertineat alia medietatem: deinde iudicatum est exinde inter nobis ut poneret vobis exinde de hanc chartulam promissionis: proinde et ego memorato iohanne pro eodem iudicium per hanc chartulam repromitto et affirmo vobis memorate mari et memorato gregorio germanis quia nullatenus presumamo ego aut heredibus meis neque habeamus licentiam aliquando tempore vos aut heredibus vestris exinde querere per nullum modum nullamque adimbentam rationem nec per summissas personas inperpetuum: set omni tempore exe debeas ipsa portione vestra ex integrum ipsum fundum cum ipsa portionem mea que ego comparatam exinde habeo da memorato rocci ut super legitur in longum divisum sicut inter se terminis exfinat adequalem mensura: Insuper et si quabis personis vos aut heredibus vestris exinde at querendum benerit pro parte mea et de meis heredibus tunc omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris personis illas exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra vestrisque heredibus damnietatem: quia ita nobis iudicatum est: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos: et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini leoni testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini leoni testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis: testis subscripsi †

† Ego petrus Curialis: Complevi at absolvi per memorata prima indictione †

CCCLVII.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno quarto: die vicesima mensis magii indictione prima neapoli: Certum est nos vasilio greco et davit clerico uterinis germanis filiis quondam iohannis greci abitatoribus intus castro putheolano: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino laurentio venerabili presbytero et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et vachi: qui nunc congregatus est in monastario sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii propter integra una petia de terra iuris memorati vestri monasterii qui nominatur at illu tribeum posita in territorio ipsius putheoleno: una cum arvoribus et introitum suum et cum palmentum fravitum cum subsetorium suum intus se et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere terre iohannis filio quondam pauli clerici de ipso castello: sicuti inter se egripus exfinat: et de alio latere coheret via publica: de uno capite terra heredes domini gregorii brancactii de fintanola sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: et de alio capite terra ecclesie sancte marie que nominatur romea: sicuti inter se egripus exfinat: quas vero memorata integra tertia vestra et de memorata terra ut super legitur nobis nostrisque heredibus dedistitis in colligio at lavorandum at detinendum: in eo tenore ut abto tempore nos et heredibus nostris illos vene et diligenter lavorare et excolere et at meliorem cultum perducere debeamus cum vobes nostros et conciaturias vel omnias expensas caucumines et vites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessum fueris et sicut iustum fueris: et omni annue de nostra semente illos seminare debeamus: et quodcumque nobis dominus deus dederis in quolivet seminatus que ibidem seminaverimus omni annue in nostra sit potestatem unde nullam nobis nostrisque heredibus exinde non queratis aut tollatis per nullum modum: tantummodo homni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et memorato vestro monasterio exinde terraticum dare debeamus de quale victum ibidem seminaverimus modia trea tractum intus ipso castello at illa

An. 1033.

casa vestra mensuratum at modium cum que tulleritis de aliis *portionariis* vestris in memorato castello vonum siccum sine omni amaricationem: et desuper quantum vinum et grecum ibidem omni annue nobis dominus deus dederis mustum mundum et saccapannas tunc dividamus illos inter nobis per medietate: vos et posteris vestris medietate: et nos et heredibus nostris similiter alia medietate: et ipsa medietate vestra qui vos et posteris vestris exinde tetigeris nos et heredibus nostris vobis vestris posteris illos exinde traere debeamus gratis intus ipso castello ut ipsa casa vestra sine omni amaricatione: et per vindemias una personas vestras cum caballum nutrire debeamus quomodo iustum fueris dum in unum bindemiaverimus: vinum at vivendum at ipsis operariis qui ibidem vindemiaveris et operariis pargiandum qui ibidem vindemiaveris sic exinde *faciamus*. *quomodo* consuetudo est in memorato castello: et non abeatis licentiam, vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio: nobis nostrisque heredibus illos tollere per nullum modum nec per summissas personas: vene nos et heredibus nostris illos lavorantes et omni annue omnia memorata atimplentes ut super legitur: et dum illos in oc placito tenuerimus vos et posteris vestris nobis nostrisque heredibus illos antestare et defensare debeatis ab omnis omines omnique personis: et quandoque nos et heredibus nostris illos abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus vobis vestrisque posteris illos abrenuntiare arbustatum et vitatum cum omni sua meliorationem: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum *aut summissas* personas tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata prima indictione † hoc signum † manus memorato basilio greco et davit clerico greco germanis quod ego pro eis subscripsi †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego leo tabularius testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata prima indictione †

CCCLVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri lhesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno quinto die decima mensis hoctobrii indictione secunda neapoli: Certum est me martinum umilem presbytero custus vero ecclesie sanctorum cosmas et damiani: qui fulgit in loco qui nominatur de posulu qui et armentarium dicitur: A presenti die promtissima volumtatem venumdedi et tradidi vobis stephano ferrario qui nominatur bonisculo filio quondam petri et drosum hoc est iugales: idest integra clusuria mea de terra que nominatur ad nipititum posita at sanctum sossum: super piscinule: una cum arboribus et introitum suum per terra qui fuit de ecclesia sancte marie de foris porta furcilla: et que appellatur sancta gerusale: seu et per terra de illum campalonga; et da inde usque at via pubblici cum omni vestra utilitatem: et omnibus sivi pertinentibus pertinente mihi per comparatum per chartulam: comparationis mea que mihi exinde fecit domino iohanne filio quondam domini stephani langobardi postmodum vero monachi: cum volumtatem domina anna honesta femina conius sua: quem et ipsa firmissima chartula una cum alia una chartula securitatis que mihi fecit quondam domino petro qui nominatur parametiomeno vobis in presentis dedi cum omnia que continet: coherente sivi ab uno latere terra qui fuit domini petri presbyteri qui nominatur patricii: seum et terra de illa staurita plevi memorata ecclesia sancti sossii et terra domini leoni luppari: sicuti inter se sepis exfinat: et de alio latere coheret terra qui fuit memorati domini petri parametiomeno: sicuti inter se sepis exfinat: et de uno capite coheret terra qui fuit domina maria russa de domina aghathe que modo detinet stauritas plevis ecclesie salvatoris nostri ihesu christi de memorato loco piscinule sicuti inter se sepis exfinat et de alio capite terra heredes quondam domini sergii cognomento gruccaanima sicuti inter se sepis exfinat: De quibus nichil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personas quod apsit comisi aut iam comitto potestatem: set a nuc et deinceps prenominata memorata clusuria mea de memorata terra una cum arboribus et introitum suum et cum omnia et omnibus sivi pertinentibus a me vobis sit venumdatas et traditas in vestra vestrisque heredibus sit po-

An. 1033.

testatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem: et ne a me memorato martino presbytero neque a meis heredibus nec a nobis personis summissam nullo tempore numqua vos memorato stephano ferrario qui nominatur boniculo et memorata drosu iugales: aut vestris heredibus quod apsit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestiam per nullum modum nec per summissam personis a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et ab omni hommines homnique personis omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: ostentente vos et heredibus vestris mihi meisque heredibus memorata chartula cum ipsa securitatem que vobis dedi at relegendum et fine faciendum: ubi vobis necesse fuerit: et sic vobis vestrisque heredibus illás in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a vobis exinde in presentis in omnem decisione seum deliberatione: idest auri solidos triginta unum de tari ana quatuor tari per solidos sicut inter nobis combenit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos sexaginta bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitúr sit firma scripta per manus sergii curialis: per memorata indictione † hoc signum † manus memorati martini presbyteri ego qui memoratos pro eum subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego martinus presbyter subscripsi †

† ego petrus filius domini mastali testi subscripsi et suprascriptos solidos tradidos bidi †

† Ego iohannes curialis testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego sergius Curialis: Complevi et absolvi per memorata secunda indictione †

CCCLIX.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno quinto die: octaba mensis ianuarii: indictione secunda neapoli: Certum est me stephano presbytero filio quondam iohannis qui nominatur de bona mutale aquila: A presenti die promitto vobis domina musanda umilem abbatissam monasterii cenobii sanctorum herasmi marcellini et petri ancillarum dei et at cuncta vestra congregatione monacharum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra ecclesia vestra iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii vocabulo sancti renati christi confessori qui sita hesse bidetur at patriciana regione porta novensi una cum cella ante se parte hoccidentis et cum omnibus rebus et ornamentis ipsius dicte ecclesie pertinentes hubi domino deo atinabantem vos me ibidem custodem ordinastitis et constituistis a nunc et omnibus diebus vite mee: in eo enim tenorem quatenus in mea totius bite mee: sint potestate eas tenendi et dominandi et omnem officium sacerdotalem die noctuque sibe ad ora haut ante ora, vel post ora ibidem facere et exibere debeas vel facere facias oc est besperos et matutinos seu missarum sollempnias et oris laudibus luminariorum concinnationis seu hespertine laudis ut aput Deum omnipotentem et coram ominibus vona de me aterescat pinio: et pro alimoniis meis dedistis et tradidistis mihi: et omnem hereditatem ipsius ecclesie pertinentes quatenus in mea totius bite mee sint potestatem eos tenendi et dominandi et ipsis terris lavorandi: et cultandi et at lavorandum eos tribuendi asque servitio fruendi et comedendi et de ipsa frugias faciendi exinde que voluerimus unde nullam de omnibus memoratis at meam potestatem aliquod queratis tollere aut subtrahere per nullum modum: et si aliquod in memorata ecclesia offertum vel datum fuerit sive a biribus vel a mulieribus si fuerit mobilem in mea sint potestate faciendi exinde que voluerimus si autem inmobile fuerit sibe res aut pretium vel annos aut codicibus vel alia tale causa pro hornamentum vel paramentum in possessione ipsius ecclesia remanere An. 1034.

debeas. tantummodo ego memorato stephano presbytero: modo a die presentis conciare et fabricare: seum in altum ascendere et cohoperire debeas memorata cella qui est ante memorata ecclesia tantum quantum iustum fuerit: et si aliquod in memorata ecclesia at conciandum vel at cohoperiendum abuerit ego illos iterum facere et conciare seu cohoperire debeas at omni meo expendio: interea ego memorato stephano presbytero: vobis vestraque posteras et in memorato vestro monasterio homni annuo vobis dare et dirigere debeas: oblatas paria dua humum parium in natibitatem domini et alium unum parium in sanctum pasche: et modo a die presentis ego in eiusdem ecclesie dare et relinquere debeas: idest auri solidos tres et tunc exinde tollere debeas terra at nomen ipsius ecclesie et ego illos frugiare debeas: et nullatenus presummetis vos aut posteras vestras vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio nec abeatis licentiam memorata integra ecclesia vestra iuris ipsius vestri monasterii mihi: tollere aut me exinde foris eiicere nec alium sacerdotes vel clericus aut monachum vel alia quabis persona hominum super me ibidem ponere haut hordinare: vel aliquod pertinentes de memorata ecclesia ad meam potestate queratis tollere aut subtrahere per nullum modum cuntis diebus vite mee: et post autem meum transitum tunc memorata ecclesia vestra cum omnibus eis pertinentibus: una cum homnia quantum mihi per inbentaneum consignaberitis in vestra posterasque vestras memoratoque vestro monasterio rebertant potestate cuius iure hesse bidetur: Quia ita nobis complacuit: Si autem ego homnibus diebus bite mee quobis tempore contra hanc chartula ordinationis ut *super legitur* benire presumserimus et in aliquid hoffensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc compono vobis vestrasque posteras auri solidos triginta bythienteos et ec chartula hordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata secunda indictione † hoc signum † manus memorati stephani presbyteri quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego sergius filius idem domini sergii testi subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata secunda indictione †

CCCLX.

✝ In nomine domini nostri ihesu christi. Hoctabo decimo anno principatus domini paldolfi et quinto decimo anno principatus domini paldolfi filio eius gloriosis principibus mense ianuario secunda indictione. Ideoque ego petrus filius quondam landeberghe: Ita et ego mulier nomine Imeltruda filia quondam petri qui domnandi clamatur et uxorem et de licentia suprascripti petri. abitatores intro anc capuanam cibitatem propinquo porta que dicitur flau ciconum. Declaramus nos qui supra bir et conius abere pertinentes nobis per nostris rationibus Integra ecclesia nostra bocabulo sancti silbestri que constructa exe bidetur intro anc predictam capuanam cibitatem prope iamdicta porta que dicitur flau ciconum cum terra et presa et casa fabrita et terre et prese et case linicie et terre et prese bacibe que sunt bidetur intro anc predictam capuanam cibitatem posite iusta predictam ecclesiam et cum curtibus et territoriis que sunt bidetur foras anc predictam cibitatem in subscriptis locis. idest curte et terris in loco punticellum ubi dicitur bicu taudi et curte et terris in loco ubi dicitur bicu ordi caruli et terris in loco ubi dicitur at torone propinquo ecclesia sancti augustini qualiter nunc in presenti mense et indictione in iamfata nostra ecclesia alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus cum integras omnes scriptiones et monimentis inde continent et pertinent cum omnibus aliis rebus eiusdem ecclesie pertinentibus que sicut domino deo nobis inspirabit. congruum est nobis qui supra bir et conius integra dicta ecclesia cum integre iamdicte terre et prese et cum predictis curtibus et territoriis. et cum aliis omnibus rebus eiusdem ecclesie pertinentibus alienare idest indicare atque offerre in ecclesia monasterio beati laurentii lebite et martiris christi situs intro anc predictam capuanam cibitatem propinquo porta que dicitur capuana in qua dominus iohannes reberentissimus abbas preest Itcirco sicut nobis qui supra petri et imeltrude bir et conius ut predicimus inspirabi omnipotens deus et sicut nobis congruum est pro redemtione anime nostre ut in futuro a tonante domino de nostris delictis imbenire possamus misericordiam tamen ego que supra imeltruda cum consensum et boluntate suprascripti biri et mundoalt An. 1034.

mei in cuius mundium me legibus subiacere cognosco In hanc cartam alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus in iamdicto monasterio beati laurentii lebita et martir christi Hoc est integra iamdicta ecclesia nostra vocabulo sancti silbestri. cum integra iamdicte terre et prese de intro anc predictam capuanam cibitatem qualiter sunt posite iusta predicta ecclesia sancti silbestri et cum integris iamdictis curtibus et territoriis de foras anc predictam cibitatem in suprascriptis locis et cum aliis omnibus rebus eiusdem ecclesie pertinentibus cuncta et integra iamdicta ecclesia cum integre iamdicte terre et prese et cum integris iamdictis curtibus et territoriis de iamdictis locis. et cum aliis omnibus rebus eiusdem ecclesie pertinentibus nos qui supra petrus et imeltruda bir et conius tamen ego que supra imeltruda cum consensum et boluntate suprascripti biri et mundoalt mei in prefato monasterio alienabimus idest Iudicabimus atque offeruimus Una cum omnia in prefata ecclesia et in iamdicte terre et prese et in iamdictis curtibus et territoriis. ibi intro abentibus subter vel super et cum biis suis ibidem intrandi et exiendi atque cum unibersi eorum pertinentiis et ubicumque vel quomodocumque de omnia predicta exinde inbentum dederit at possessione predicti monasterii et de eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus at abendum et possidendum et faciendum exinde omnia que parti eiusdem monasterii placuerit. Simulque et alienabimus idest indicabimus atque offeruimus in prefato monasterio nos qui supra bir et conius tamen ego que supra mulier cum consensum et bolumtate suprascripti biri et mandualt mei integra iamdicta carta alienationis idest iudicationis atque offertionis. per quem iamdicte terre et prese et iamdictis curtibus et territoriis in prefata ecclesia est pertinens et apud prefato monasterio ipsam remisimus cum omne eius continentia quas ibidem continere videtur insimul et alienabimus atque indicabimus in prefato monasterio seu et atque offertuimus alias omnes scriptiones et moniminos que de iamdicta ecclesia et de iam dictis terris et prese et de iam dictis curtibus et territoriis sunt continentes. et pertinentes cum omne earum continentia quas ibidem continere bidetur pro securitate atque defensionem predicti monasterii et de eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus. similiter at possessionem predicti monasterii. et de eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus ad abendum et possidendum et faciendum exinde

omnia que parti eiusdem monasterii placuerit. In tali vero ratione ipsos in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus ut si quiscumque abbatibus vel custodibus predicti monasterii de ea que in prefato monasterio offeruimus ut supra leguntur ipsos vel exinde substraere boluerit vel aliena parte de ipsos vel *omnes* dederit per quobis modum tunc stati debeniant ipsos in potestate iohannis comitis casirte filii bone memorie landolfi comitis at possessionem suam et suis eredibus et ubi taliter illut in potestate predicti iohannis comitis vel de suis eredibus ebenerint statim ille vel eius eredes semper per omnes bices remittere debeant ipsos in potestate predicti monasterii et de eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus ad abendum et possidendum et faciendum exinde que parti eiusdem monasterii placuerit. quia in prefata ratione ea omnia predicta in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus. Unde de ea omnia supradicta que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus nobis qui supra bir et conius nec alicuilibet exinde nullam reserbabimus set cunctum et integrum ipsos in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus sicut supra diximus. ea ratione quatenus amodo et semper prefato monasterio et eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus firmiter abeant et possideant integra ea omnia suprascripta que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus et faciant exinde omnia que parti eiusdem monasterii placuerit et obligamus nos qui supra petrus et imeltruda bir et conius tamen ego que supra mulier cum consensum et boluntate suprascripti biri et mundoalt mei nos et illos nostros eredes qui post nostrum obitum in quomodocumque modum eredes exe quesierit. in prefato monasterio et ad eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus integra ea omnia suprascripta que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus defendere et antestare ammodo et semper in prefato monasterio et eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus ab omnibus omnibus ab omnique partibus ostendentes. parte eiusdem monasterii nobis nostrisque eredibus iamdictam cartam alienationis idest iudicationis atque offertionis. que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus et aput eum remisimus insimul et de ipse alie scriptiones et monimentos que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus qualis et

quante exinde parti eiusdem monasterii abere potuerit salbe in publico iudicio at relegendum et fine faciendum cum quo nobis nostrisque heredibus necessum fuerit et post perfectam bero fine salba iamdicta carta alienationis idest iudicationis atque offertionis et iamdicte alie scriptiones et monimentos ipsa quanta nobis ostenserint partes eiusdem monasterii aput se retineat per omnes bices in prefata ratione et quando boluerit pars eiusdem monasterii et eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus per se exinde exere auctores et defensores licentiam et potestatem abeant illi sibi exinde exere auctores et defensores bice nostra et de nostris eredibus cum ista alienationis idest iudicationis atque offertionis carta et cum iamdictis cartis alienationis idest iudicationis atque offertionis que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus et aput eum remisimus et cum iamdicte alie scriptiones et monimentos que in prefato monasterio alienabimus idest iudicabimus atque offeruimus qualis et quanta exinde abere potuerint et cum aliis nostris et eorum rationibus quomodo vel qualiter melius potuerint et boluerint et quicquit exinde facere potuerint et boluerint eorum sint potestates et quando boluerint partes eiusdem monasterii et eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus defendamus eiusdem monasterii ipsos ab omnibus ominibus ab omnique partibus ut super legitur. Si autem nos qui supra petrus et imeltruda bir et conius aut quiscumque ex nostris eredibus qui ut diximus anc alienationis idest iudicationis atque offertionis cartam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus et si non defensaberimus et si non fecerimus et non complebeterimus in prefato monasterio et ad eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus ea omnia per ipsum ordinem qualiter superius legitur centum bizanteos solidos pena nos qui supra petrus et imeltruda bir et conius et nostris eredibus ut diximus tamen ego que supra mulier cum consensum et bolumtate suprascripti biri et mundoalt mei in prefato monasterio et eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus vel cui tunc carta alienationis idest iudicationis atque offertionis in manum paruerit componere obligamus et omnia suprascripta in parte eiusdem monasterii percomplire obligamus et anc alienationis idest iudicationis atque offertionis cartam de quibus continet firma et stabilis maneat semper

et taliter nos qui supra petrus et imeltruda bir et conius qualiter nobis congruum fui tamen ego que supra mulier cum consensum et beluntate suprascripti biri et mundoalt mei ea omnia suprascripta pro mercede et redemtione anime nostre libenti animo fecimus et te iohanne notario. qui interfuisti scribere rogabimus. Capua.

† Ego Iohannes qui supra iudex

† ego sadelchisi

CCCLXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno quarto die vicesima mensis iulii indictione secunda neapoli: Certum me stephanum filium quondam gregorii qui nominatur cutitricato qui fuit abitator in loco qui nominatur malitu sancti petri: et modo abitare videor in malitu sancte neapolitane ecclesie: A presenti die promicto tivi domino stephano filio quondam idem domini stephani inferni: propter integrum fundiciolum tuum huna cum integra sex uncias quot est medietatem de integra corrigia de terra positum insimul in memorato loco malitum foris illo fossato publico. una cum arboribus et introitas suas hominibusque eis pertinentibus: qui coheret sivi at memoratum fundiciolum tuum ab una parte fundum heredes domini marini tata: da secunda parte terra de illi sundi: da tertia et quarta parte fundum domini iohannis angilo: et at memorata integra sex uncias tuas de memorata corrigia da hambodus lateribus terra monasterii ecclesie sancti severini maioris: de uno capite terra domini sergii amalfitani qui dicitur de domina sillicta: da alio capite est alia sex uncias exinde quot est medietate domini gregorii uterini germani tui: quas varo memoratas sex uncias tuas una cum memoratum fundiciolum mihi meisque heredibus dedistis in colligio at lavorandum et detinendum seum arbustandum in eo enim tenore quatenus debeam ego et heredibus meis illut homni annue abto tempore subtus et super vene et diligenter lavorare et excolere seum at meliorem cultum perducere debeamus in omnibus vene ut expedit caucumminas et bites in idem per omni annue ponere et plantare debeamus An. 1034.

quantas ivi sufficerit et de nostra semmente illos semminandi homnia et in omnibus quoque homni annue in idem necessum fuerit et indiguerit nos et heredes nostris illut facere et perahere debeamus ad omni nostro expendio: et quotcumque homni annue ividem dominus deus dederit in quolibet semminatum in mea meisque heredibus sint potestatem unde nullam nobis exinde queratis aut tollatis per nullum modum tantummodo ego et heredibus meis tivi tuisque heredibus exinde per homni annue per estatem terraticum dare et atducere debeamus de quot ividem semminaberimus Idest modia dua vonum siccum tractum usque ante regie domui vestre mensuratum at modium capientes quartas duodecim at quarta iusta et cum ipsum terraticum vobis atducere debeamus per omni annue una gallina insimul asque omni amaricationem: et si ipsum terraticum cum ipsa gallina vobis non atduxerimus per estatem et vobis exinde distraxerimus et ividem veneritis pro exinde pignorandum tunc vobis at tres personas et at cabellis vestris manducare et bibere dare debeamus ut iustum fuerit et licentiam abeatis nobis exinde pignorare: Vinum vero mundum et saecapanna quantum per omni annue ividem deus dederit dibidamus illut inter nobis per medietatem tu et tuis heredibus medietatem et ego et heredibus meis alia medietatem et nos illut bindemiare debeamus at nostrum expendium. portione vero vestra ex ipsum binum mundum et saecapanna qui vobis exinde tetigerit vos vobis exinde illut trahere debeatis at vestrum expendium preter nos vobis illut conserbare debeamus in organeas nostras dies tertia. et dum vobiscum bindemiaberimus unum omminem vobis nutrire debeamus ut iustum fuerit: et nullatenus presummes tu aut tuis heredibus nec abeatis licentiam aliquando tempore mihi meisque heredibus illut tollere per nullum modum bene ego et heredes meis illut lavorantes et arbustantes et nos pargiantes et homnia memorata adimplentes ut super legitur excepto si super vos illut lavorare volueritis clara facta veritatem tunc nobis illut tollere debeatis et super vos illut lavorare debeatis: et quandoque ego et heredes meis illut abrenuntiare voluerimus tivi et at tuis heredibus licentiam habeamus si fuerit vonum arbustatum et bitatum: et dum illos in oc placito tenuerimus ut super legitur tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus illut defendere debeatis ab omnes omines omnique personis Quia ita inter nobis convenit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis

per quchis modum aut summissam personas tunc compono ego et heredes meis tivi tuisque heredibus auri solidos decem vythianteos: et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per indictione memorata secunda † hoc signum † manum memorati stephani ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †.

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego marinus filius domini aligerni testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis: Complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

CCCLXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro michael magno Imperatore hanno primo: Die quinta mensis nobemvri indictione tertia neapoli: Certum est me heufimia filia quondam petri qui nominatur peppasanta: relicta hautem quondam cesarii: ego autem cum volumtate seniorieti posteriori viri mei; A presenti die promtissima volumtatem venumdedi et tradidi vobis domino petro veneravilem abbatem monasterii veste et gloriose dei genitricis semperque virginis marie sita in monte qui appellatur at sementara: et at cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: IDest integra superiora mea constituta super inferiora cellarei qui tetigit petro et iohanni puherulo germanis filiis meis. que abeo de memorato quondam cesario anteriori viri meo: posita intus ane civitatem neapolis: at nimfe: iusta porta qui dicitur de domino petro de domino adelgisi: una cum haeribus et aspectibus suis et cum introitum suum a memorato vico publico per grade lignea qui ibidem ascendunt et cum portione mea de terra vacua hante se parte septemtrionis. et cum vallatorium in capite ex ipsis gradis. et omnibus sivi pertinentibus. pertinente mihi per dispositum de memorato quondam cesario anteriori viro meo. et me tetigit a memoratis filiis meis in portionem per notitia que aput vos remisi coherente sivi ha parte orientis domum heredes quondam petri de castellum cognati mei: An. 1034.

sicuti inter se clusa de viminà et signate exfinat: et a parte occidentis grade ex muro publico seu et terra commune: unde omnem portione mea vobis exinde venumdedi: et a parte meridie domum vestra: et a parte septemtrionis memorata terra vacua commune unde iterum ipsa portione mea vobis venumdedi: De quibus nihil michi exinde aliquot remansit haud reservavi nec in aliena cuiusque personas quod abeit comisi aud iam commicto potestatem: set a nunc et deinceps prenominata integra superiora mea constituta super memorata inferiora mea qui tetigit memoratis germanis filiis meis. cum aheribus et aspectibus suis et cum introitum suum a memorato vico publico per memorata terra vacua commune et per memorate grade lignee proprie ex ipsa superiora qui ibidem hascendunt: et cum ipsum vallatorium in capite ex ipsis gradis et omnibusque sivi pertinentibus sicut superius legitur ha me vobis sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque posteris memoratoque sancto vestro monasterio sint potestatem: queque exinde facere volueritis semper in omnibus liberam abeatis potestatem: et neque ha me memorata heufimia cum volutatem memorati senioricti posteriori viri mei neque a nostris heredibus nec a nobis personam summissam. nullo. tempore. numquam vos memorato domino petro venerabili abbati aud posteris tuis vel memorato sancto et veneravile vestro monasterio. quod abeit abeatis. exinde aliquando quacumque requesitione aud molestiam per nullum modum. nullamque. adimbentam ratione nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper et av omnis omines omnique personas omni tempore ego et *meis* heredibus vobis vestrisque posteris exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod. accepimus ha vos exinde impresentis in omnem decisione seu deliveratione IDest auri tari triginta duos sicuti inter nobis vone volumtatis combenit: Si autem ego aud. heredes meis haliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum haud summissam persona tunc componimus vovis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos sidecim bythianteos. et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii scriniarii filio domini iohanni curialis per memorata indictione ✝ Hoc signum ✝ manus memorata heufimia cum volumtate memorati senioricti posteriori viri sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi ✝

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego aligernus filius domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata tertia indictionem †

CCCLXIII.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaele magno imperatore anno primo: die vicesima......*indictione tertia* neapoli: Certum est me stephanum filium quondam aligerni....... A presenti die proptissima voluntate venumdedi et *tradidi vobis idem domino stephano* venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossi ubi *venerabilia eorum quiescunt corpora et* per vos in eodem sancto monasterio vestro cuius defiso sum: Idest integra petia de terra mea que vocatur at tabula posita vero foris arcora dudum aqueductus: una cum arboribus et cum introitum suum. omnibusque eis generaliter pertinentibus que est per passi modias sex at passu ferreu sancte neapolitane ecclesie: coherente sibi ab una parte terra domini iohannis.....de alia parte terra heredem quondam domini iohannis cofinelli: at vero alia............. ex alia parte terra de illu cofinellum de ponticellu exceptuabimus....... finis que vobis non venudedimus hoc est duas modias de terra..................que vocatur caba: de qua nihil mihi de oc que superius vobis venumdedimus aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena personas commisi potestatem: Ita ut a presenti die et deimceps memorata integra petia de terra que vocatur at tabula posita vero in iamdicto loco foris arcora dudum aqueductus une cum arboribus et cum introitum suum omnibusque eis generaliter pertinentibus

An. 1034.

quod sunt memorata sex modias *mensurata* per predicti passi at memoratum passum ferreum sancte neapolitane ecclesie que superius vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio venumdedimus : et qualiter per memoratas coherentias exegregavimus unde nihil mihi de oc que superius vobis venumdedimus aliquod remansit aut reserbavi. set in integro sicut superius legitur impresentis a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint venumdatum et traditu in vestra posterisque vestris memoratoque vestro monasterio sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem : et neque a me memorato stephano neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorato idem domino stephano venerabili abbati aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas ha nuc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis memoratas sex modias de terra per iamdicti passi que superius vobis, vendidimus av omnis homines omnique personas in omnibus vobis posterisque : vestris et at memorato vestro monasterio antestare et defensare debeamus : pro eo quod impresentis accepi a vobis exinde : Idest auri tari decem et octo in omnem decisionem seu deliberatione : Quia ita nobis complacuit : Si autem ego vel heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissa personas tunc componimus vobis posterisque : vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos decem bizianteos et hec chartula benditionis ut super legitur sit firma : scripta per manus sergii scriniarii filius domini leonis curialis scribere rogatus per indictione memorata. tertia ✝ : hoc signum manus memorati stephani quod ego qui memoratos pro eum subscripsi et memorati tari traditos bidi ✝

✝ ego leone filius domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

✝ Ego stephanus curialis et scriniarius testis subscripsi et memorati tari traditos vidi ✝

✝ ego petrus filius domini stefani testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

† Ego leo Curialis qui memoratos post subscriptionem testium et memorati sergii scriniarii filii mei qui anc chartulam per mea preceptione scripsi : Ideo manus mea propria Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

CCCLXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaele : magno imperatore : anno primo die secunda mensis junii indictione tertia neapoli : Certum est me dominico filio quondam fermosi cognominabatur gallitula una cum volumtate grime coniugi meae : avitatoribus : vero in loco qui vocatur pumilianu quod est foris arcora. dudum aqueductus : A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi vobis martino qui vocatur lancise et leoni germanis filiis quondam iohannis cognominabatur de stephanu de sparanu et petro et iohanne germanis filiis quondam stephani languise oc est de una genitrice et de memoratos singulos genitores avitatoribus vero in memorato loco Idest integra petia de terra mea que nominatur asignanu posita vero in memorato loco pumilianum huna cum arboribus et introitum suum omnibusque eis pertinentibus coherente sivi da tribus partibus est terra vestra da quartam parte est terra domini gregorii tronilla de qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona comisit potestate et a nuc et deinceps : a me vobis sit venumdatum et traditus in vestra vestrisque : heredibus sit potestate queque exinde facere volueritis semper liberam abeatis potestate et neque a me memorato dominico una cum hvolumtate memorate grime coniugii meae neque a meis heredibus nullo tempore nuquam vos memorato martino et leoni germanis et petro et memorato iohanne germanis oc est de memoratos singulos genitores et de memorata una genitrice aut heredes vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personas imperpetuis temporibus : Insuper omni tempore nos et heredes nostris exinde ab omnes omines omines omnique : personas in omnibus vobis vestrisque : heredibus an-

An. 1035.

testare et defensare debeamus: pro eo quod impresenti accepi a vobis exinde; idest auri tari quadtuor. In omnem decisionem seu deliberatione: Quia ita nobis stetid. Si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumserimus per quobis modum aut summissis personas tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos quinque bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis scribere rogatus per memorata indictione † Hoc signum † manus memorati dominici cum volumtate memorate grime coniugi sue ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego gregorius filius domini marini testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepiset †

† ego petrus filius domini theofilacti testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepise †

† ego bitalianus filius domini petri monachi testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepise †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

CCCLXV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaele magno imperatore anno secundo: die sexta decima mensis martii indictione quarta neapoli :. Certum est me stephanum qui nominatur cotticato filio quondam petri. abitator vero in loco qui vocatur setari quod est foras flubium: una cum voluntate presente eupraxie coniuge meae: A presenti die promtissima voluntate venundedi et tradidi vobis domino stephano venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora. et per vos in memorato *sancto et venerabili* vestro monasterio: Idest integrum omnem licere et portione seu pertinentia mea ex integrum casale qui nominatur at illu buccatortiu positu vero in loco qui vocatur ad sanctum petrum at calistum eadem parte foras flubium. una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum omnibusque eis generaliter pertinentibus qui mihi pertinet per quondam maria genitrice mea qui fuit filia sergii cotticati de loco qui vocatur giniolo eadem parte foras flubium et ad eidem sergio abio meo pertinuit pro pastinatione sua de memorato vestro monasterio: de qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena personas commisi potestate. et a nunc et deinceps a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem queque exinde facere volueritis. et neque a me memorato stephano qui nominatur cotticato una cum voluntate presente iamdicte eupraxie coniugi meae neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos prenominato domino stephano venerabili abbati aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio quod absit abeatis de oc que superius vobis venundedi aliquando quacunque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et in perpetuis temporibus. et si quabis personas vos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde at querendum benerit per me aut per meis heredibus tunc ego et heredes meis vobis posterisque vestris et ad memorato sancto et An. 1036.

venerabili vestro monasterio exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione: Quia ita nobis complacuit: Si autem ego vel heredes meis. quobis tempore contra anc chartulam ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis posterisque vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos duos bythianteos: et hec chartula benditionis ut super legitur sit firma: scripta per manus sergii scriniarii filius domini leonis curialis scribere rogatus per indictione memorata quarta †

hoc signum † manus memorati petri qui nominatur cotticato ipse vero cum voluntate iamdicte eupraxie coniugi sue ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† Ego petrus Curialis testis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† ΕΓΟ ΛΑΝΔΟΛΦΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΤΕΦΑΝΙ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΤ ϹϹΤΟϹ ΤΑΡΙ ΤΡΑΔΙΤΟϹ ΒΙΔΙ †

† Ego stefanus curialis et scriniarius testis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Ego leo Curialis qui memoratos post subscriptionem testium et memorati sergii scriniarii filii mei qui anc chartulam benditionis per mea preceptione scripsit: Ideo manus mea propria complevi et absolvi per indictione memorata quarta †.

CCCLXVI.

Christe fave.

† *In nomine domini dei salvatoris* nostri Ihesu Christi imperante domino nostro michaele magno imperatore anno *quarto* die vicesimanona mensis martii indictione quarta neapoli: Certum est nos petrum filium quondam augusti et quondam ruta iugalium personarum una cum voluntate presente. eufimmie coniugi mee abitatoribus vero in loco qui vocatur pumilianum qui est foras arcora dudum aqueductus: A presenti die promtissima voluntate venumdedi et tradidi vobis petro filium quondam stephani cognominabatur lagnese. et iohannis filium quondam ursi hoc est thio et nepote abitatoribus de memorato loco pumilianum: Idest integra petia de terra mea que vocatur at muscarellum posita vero in memorato loco pumilianum: una cum arboribus et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus: coherente sibi de uno latere terra domini gregorii serg.... nate de alio latere terra heredum quondam petri beterone de memorato loco pumilianum: de uno capite terra iohannis de sexanta territorio supra lano de alio capite terra petri muca et terra heredum quondam sparani germani sui ex ipso loco pumilianu: de qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena personas commisi potestate. et a nunc et deinceps a me vobis sint venumdatum et traditum in vestra vestrisque: heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorato petro una cum *volumtate* presente predicte eufimmie coniugi meae neque a nostris heredibus nullo tempore numquàm vos memorato idem petro et iamdicti iohannis hoc est thio et nepote nepotibus meis aut heredes vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis exinde ab omnis homines omnique personis in omnibus vobis vestrisque heredibus antestare et defensare debeamus pro eo quod impresentis accepi a vobis exinde: Idest auri tari sex et medium in omnem decisione

An. 1036.

seu deliberatione: Quia ita nobis complacuit: Si autem ego et heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos tres bythianteos et tare unum et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma: scripta per manus sergii scriniarii filius domini leonis curialis scribere rogatus per indictione memorata quarta † hoc signum † manus memorati petri cum voluntate memorate. eufimmie coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini marini testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego iohannes filius idem domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quarta †

CCCLXVII.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaele magno imperatore hanno secundo: Die duodecima mensis magii indictione quarta insule maioris: Omnis itaque dispersio helemosine magis impresentis quam in futuro seculo in mandatis domini precipiuntur. largiri: et quoscumque manus hominum potest hoperari instanter hoperetur: quia sicut scriptum est hilarem datorem diligit deus. et tristem sine dubio hodit: et ideo unusquisque christianorum pro viribus suis in quantum prebalet manum porrigere debet had elemosine husum vel misericordie hopera qui helemosina ha morte liberat et operarium suum non permictet yre in tenebras Dum talia igitur considerassemus nos videlicet marinus illustris comes et theodora regalissima comitissa iugales: filio et nurua quondam vone memorie domini gregorii incliti comiti millusi eminentie nostre claritatis cubilem nostri cordis precinsit: ut had onorem domini et salvatoris nostri ihesu christi atque intemerate eius genitricis semperque virginis marie: et beatissimi christi confessoris benedicti: et sancte restitute christi virginis et martire: seu et sancte ianne: faceremus ymaginem in qua eorum sacre effigies pingere faceremus: et ditaremus illa de nostris rebus et substantiis et ordinaremus illa intus ecclesia nostri monasterii que ipsius domini matris hadest sita in monte qui dicitur cementara: pro redemptionem animarum nostrarum et de genitoribus nostris. simulque et de filiorum nostrorum nostrisque nepotibus: et quia domino hopitulante qui est conspirator omnium bonorum hoperum. qui quot iubet et precipit ipse facit. sicut locutus est discipulis suis. quia sine me nihil potestis facere: et iterum ut scriptum est vonum hopus nobis in volumtate sit. nam ex divino adiutorio erit at perfectionem: IDeoque ipsa ymaginem fecimus ut consideravimus sicut superius recitabimus. et illam hordinabimus in ipsa ecclesia nostra memorati monasterii. ut presens tempus demonstrat: Nunc autem secundum industriam nostri ingenii considerabimus ut ipsa hereditatem quas ibidem hobtulimus nominatibe firmaremus illos ibidem per scriptis in anc paginam: quoniam certum est quod omnis secularis causa que coram pre- An. 1036.

sentiam vonorum hominum statuitur. tantummodo verbis firmitatis subsistere poterat. si bitam hominibus et memoriam rerum fixa in perpetuum prestita fuisset: eos denique testes semper homo cum bellet presentes abere: set propter fragilitatem carnis competit hoc ipsum scripture interbeniente firmari. ut horta in inpostmodum dubietatem. requisita vel repertam certamque paginam et relecta scriptura. conbocatis testibus servens unusquisque propriorum digitorum testium proprietatis. recognoscens nomen vel genum recolcant testes singuli interfuissent: et omnia vera exeunt: is vero absentibus relectis in omnibus vel recognitis singulorum litteris ex dignitatem haut hantiquitatem hosteasa paginam. ista tuta res firmetur: et dubium ac murmur funditus hamputetur: quamhobrem et nos quamquam peccatores. tamen christi sanguine redempti: confidentes de dei omnipotentis misericordia: ut per suffragia ipsorum sanctorum. ut eis intercedentibus had ipso domino et salvatore nostro ihesu cristo: cratis efficiamur de faucibus atris: A presenti die promtissima volumtate firmamus et tradidimus vobis domino petro venerabili abati ipsius nostri monasterii. et per te in eodem ymaginem: que statuimus in eodem nostro monasterio. idest integrum casalem nostrum qui nominatur at bicum. in qua nos indignis horatorium construximus ha nobo fundamine had onore ipsius christi virginis et martire restitute: situm bero in memorata insula nostra que enaria vocitatur. qui et insula maior dicitur. una cum integrumi montem et turre seu bineas. palmentum et subscetorium suum ibidem: coherente sibi ha parte septemtrionis plagias maris nostri unde omnem piscationem vobis exinde offerimus et firmamus: et ab alia parte quod est ab oriente terra petri ruxi: et terra episcopatui nostri sancte sedis ipsius nostre insule: sicuti inter se egripus exfinat. et quomodo atbolvit in parte meridie iusta terra ipsius episcopatui. sicuti labinarium exfinat: et iterum rebolbit in parte hoccidentis iusta terra de illu lancfalonga sicuti inter se lebata exfinat: et qualiter salit et badit usque at via publica: in ipsa parte meridie et in ipsa via rebolbit in eadem meridianam parte. usque at monte nostro domnico: et redit iusta halia terra quas nobis. . . . . iterum offeruimus. ibidem coniunta que nominatur ad ille oese: et da ipsa horientalem parte terra que nominatur at calquafe super. illo balneo: ha parte hoccidentis est mons noster qui nominatur at bicum. et lamania

seu et alius mons nostro *dommico* et iterum offerimus et firmamus vobis et integra terra que nominatur quiali. cum integrum cuniolum ibidem coniuntum in parte septemtrionis: Insuper offerimus et firmamus vobis et integra terra que nominatur ad illa velogna. at memorato loco *bicu* super iamdicto loco calquie: qui coheret sibi hab una parte monte nostro domnico. et a duobus partibus vias. et integrum casale que nominatur cala et sala: cum integra lamma inter se·insimul coherente sibi ha parte horientis ribo et bia qualiter hascendit usque at monte: et a parte hoccidentis vinea petri ruxi. et marenda filia maru de mastalu: coniux iohannis qui nominatur pictulo: et terra petri qui nominatur de conbento: sicuti lavinario exfinat et terra de illi isclani in ipso latere: sicuti exfinat. egripus et podium: et a parte septemtrionis terra monasterii salvatoris insule maris. et a parte meridie cilium de memorato monte: simulque hofferimus et firmamus vobis et integrum casalem nostrum et bineas que nominatur at simplignana. qualiter descendit usque at monte: quod est a parte monasterii nostri sancti hangeli alloquio: quod est a parte orientis coniuntum cum binee quas iterum vobis hobtulimus et firmamus. quas detinet gregorio et stephano de matrona et germanis illorum: ha parte hoccidentis sicuti redit super terra monasterii nostri sancti constantii. et badit iusta cese que nominatur de campulo. et quomodo exinde ascendit usque at cilio montis. quamque hofferimus vobis et integra portione mea memorati marini de integra terra que nominatur ad illo sorbedo at legimata. qui coheret sibi a parte orientis monte nostro domnico. qualiter exinde ascendit usque at cilium ipsius montis. et a parte occidentis via publica: a parte meridie portio heredes stephani germani et cognati nostri. et a parte septemtrionis puteus et gurgo. simulque offerimus. vobis et integra vinea que nominatur de isco. qui coheret a parte orientis

et a parte meridie atbolvit via. et qualiter ascendit usque in bertice montis. simulque offerimus. vobis et integra casa de intus castro nostro gironis. una cum omnes peculias et mobilias seu horganeas. hoc est maioris minorisque. parba vel magna quos et quales ibidem vobis datam habeo. et iterum firmamus vobis et omnes chartulas quantas et quales exinde abuimus continentes. et aput vos illas remisimus. quas bero memoratas nominatibus terras una cum arboribus fructiferis vel infructiferis. et cum cuniolas et sca-

pulas seu egripas et lammas et rioras. montibus. collibus. ballibus. haquis seu paludibus. sibe in altum vel in planum. et cum bineis. et cerbetis. seu cerquetis. et castanietis. simulque et cum accuccioras et aquillatoriis. seu maris piscationibus. et cum biis. et anditas. et introitas earum. et cum omnia intus se abentibus. omnibusque sibi generaliter. et in integro pertinentibus. De quibus nihil nobis exinde aliquod remansit haut reserbabimus. nec in aliena cuiusque personas quod absit commisimus aut iam committimus potestatem : set a nunc et deinceps a nobis vobis sit offertum. et traditum in vestra vestrisque posteris memorateque vestre congregationis sint potestatem at semper abendum et possidendum. seu frugiandam. et ex ipsas frugias faciendi que volueritis. et neque a nobis memorati iugales neque a nostris heredibus nec a nobis personam summissam. nullo tempore numquam vos memorato domino petro venerabili abbati aut ipse vestro monasterio vel ipsa vestra congregatio presentibus et futuris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestiam per nullum modum nec per summissam personam ha nunc et imperpetuis temporibus. Hactamen statuimus et firmamus ut nullatenus presummetis vos haut posteris vestris vel alia quabis personas parba aut magna extranea vel de mea genealogia aliquando tempore ex ipsa hereditatem aut memorata casa aliquot subtraere haut alienare per quobis modum a potestate memorate imaginis et memorate vestre congregationis. et si oc agere presumseritis et imbentum fuerit vacuam et inane persistat. et semper res ipsa in potestate et proprietatem ipsius imaginis et memorate vestre congregationis remanese debeat. at semper abendum et possidendum. et omni tempore vos et posteris vestris memorataque vestra congregatio cotidie ad ipsa imagine luminaria facere debeatis et canticum ad ipsos sanctos dare debeatis. Insuper et nobis et at genitoribus seu filiis et nepotibus nostris cotidie commemoratione facere debeatis in vestris sacris orationibus: et per omnes dies. quandoque missas in sacros dipticos vestros decantaberitis ibidem nobis dare debeatis tres horationes absque omni pigritia usque in sempiternum. quia ita sic nobis volumtatis complacuit. et si quis potens vel impotens homo sibe masculus aut femina. sibe clericus aut sacerdos. sibe laycus aut monachus. bel de qualecumque ordine fuerit. tam ex ipsa congregatione quam

extraneus vel etia de nostro genere temerarius presumptor haccesserit et aliter hagere presumserit quam nos super instituimus. et a bobis memorato domino petro venerabili abbati aut a memorata sancta vestra congregatione aliquod ex omnia et in omnibus memoratis subtraere aut alienare voluerit per quobis modum haut summissam personas tunc ille qui oc ausus fuerit poenetrare sub anathematis vinculis sit obligatus. ha trecentorum decem et octo patrum partemque possideat cum iuda traditorem domini nostri ihesu christi et cum omnibus ereticis tenebrosam sorte possideat. Insuper componat vobis vestrisque posteris memorateque vestre congregationis hauri livras tres vythianteas et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii scriniarii filio domini iohanni curialis per memorata indictione † Hoc signum † manus memoratis iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† Ego iohannes curialis testis subscripsi †

† Ego gregorius curialis. testis subscripsi †

† ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi at habsolvi per memorata quarta indictione †

CCCLXVIII.

An. 1037. † In nomine domini nonodecimo anno principatus domini nostri guaymarii filius domini guaymarii gloriosi principis mense februarie. quinta indictione. Ego eustacia filia iohanni qui dicitur caputo de loco domicella finibus lauri. dum a domino ihesu christo compulsa sum. considerabi namque dei omnipotentis misericordia et pro remedium et salhatione anime mee et de parentibus meis offerui de rebus michi pertinente in monasterio sancte marie de illa spelunca ubi dominus stephanus veneravilis abbas preesse videtur. prima pecia at ipsa scoropeta. que continet ab oriente finis episcopio nolano. a meridie est finis de heredibus iaquinti presbyteri. et rebus eadem monasterii quod at pastenandum ipsis detinent. ab occidente iterum finis supradicti episcopii. a septentrione vero finis de aliis consortibus nostris. alia pecia ibique prope. abet ab oriente et meridie rebus quod ipsa heredes iaquinti presbiteri cum consortibus suis detinet ab eodem monasterio ab occiduo namque et septentrione est finis supradicti episcopii. Tertia vero pecia

et ipsa continet a septentrione finis supradicti episcopii. ab occidente finis de aliis consortibus nostris quod at commune detinent cum rebus eiusdem monasterii. a meridie est finis de heredes iohannis filii ursi speltuni. ab oriente similiter finis de consortibus nostris. quod at commune detinent cum rebus iamdicti monasterii sicut retorquet et scendet et revolbet et coniungit in predictis finibus episcopii prioras fines. Hec vero rebus qualiter per finis iudicatum est totum et integrum in predicto monasterio sancte marie ut supra dixi offerui. Unde nichil michi nec cuicumque alteri aliquod reserbabi habendum potestate nec in quabis partibus dicimus exinde remanere qualibet sortione. set una cum inferius et superius et cum vice de viis et anditis suis et cum omnia intro se habentibus cum omnibusque suis pertinentiis illut ibidem offerui in eo ordine ut ab hodiernum die et deinceps predictis rebus in potestate iamdicti monasterii sit faciendum exinde pars iamdicti monasterii quod eis placuerit absque omni contrarietate vel requesitione mea et de meis heredibus et sine cuiuscumque contradictione. et antistabo et defensabo illut ego et meos heredes. at supradicto monasterio ab

omnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem ego aut heredes meos illut vel exinde de potestate predicti monasterii subtrahere quesierit aut aliqua intentione exinde eis proposuerint qui taliter ex nobis agere presumserint sub anathema sit a trecentos decem et octo patres et partem habeat cum iuda traditore domini nostri ihesu christi et sic eum deglutiat terra sicut dathan et abiron. insuper at componendum siat abligatus qui talia ex nobis agere presumserit quinquaginta auri solidos constantinianos. et in antea exinde aput pars suprascripti monasterii taciti et contenti maneamus et ut super legitur illut in supradicto monasterio defensemus. quando autem pars iamdicti monasterii per se vult inde fieri autores et defensores firmam habeat licentiam cum ista chartula et cum quale alias rationes inde habere potuerint vice nostra inde causare et contendere et omnem definitionem inde faciant vice nostra et predictis rebus pro se ipsis defendant pars eiusdem monasterii et securiter possideant. Et hec chartula ut super legitur semper firma et stabilis permaneat. Quam te maio clericus et notarius scribere rogabimus

Ego iaquintus testes sum

Ego iagu

CCCLXIX.

An. 1037. † IN nomine domini nostri Ihesu Christi. quinto anno imperii domini michail mens hoctuber sexta indictione. En ego. leoni gratia domini venerabilis episcopus dominator sancte dei ecclesie monopolitane sedis nostri episcopiy. anno presulatus mei sexto. Per ec cartula libertatis una cum consensum Sacerdotum seu levitarum quam et inferior graduum consistentibus nostre sancte dei ecclesie. Et una cum antofano iudex adbocatorem nostrum damus adque allibertamus vobis garzianiti imperiali trumarchi filio calo iohane de civitate vari. Et sergi filio petrus varbaneoque nepoti hoc est enim ipsa ecclesia. cuius vocabulum est sancti demetri et sanctus laurentius martires christi quod bos ipsi laborastitis in loco badello in rebus vestra finibus ex civitate monopoli meque introduxistitis illam vobis dedicare. Quo perhacto nunc eam vobis allibertamus. in hoc ordine. ut hab odierno die in hantea in vestra sit potestate ipsa ecclesia et de vestris heredibus omnibus temporibus tenendi dominandi adque refugiandi. Absque omni requesitionem meam qui supra pontifex et de meis posterioriribus. Seu et si ibidem a qualiscumque homo pro suis delendis facinoribus aliquit offertum fuerit. sibe a bos nominati garzianiti et sergi ut nullam potestatem abead ego qui supra pontifex. nec posteros meos. aliquit appetere vel subtraere ex tali offertione. Set ipsa ecclesia et ipsa offertio fiad in vestra et de vestris heredibus potestate absque omni requesitione mea qui supra presul et de meis posterioribus. Nam si ego qui supra pontifex vel meos successores voluerimus tollere Aut contrare vobis qui supra nominati vestrisque heredibus ipsa predicta ecclesia pro quocumque ingenio. Obligata pena subiaceamus vobis vestrisque heredibus componere solidos viginti. Et in hantea ipsa ecclesia sicut diximus in vestra quidem et de vestris heredibus manead potestate Et hec cartula libertatis in suprascripta ratione firma permanead. Quam te scribo notario sancte dei ecclesie *monopolitane* scribere iussimus. Actum in supradicta civitate mense et indictione suprascripta................

† LEONIS GRATIA DOMINI EPISCOPUS sancte monopolitane sedis

† Ego leo presbyter atque primicerius

† .... Nicolaus presbiter adue abbas

† Ego Tidosiomo indingnus diaconus atque primicerius.

CCCLXX.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaele magno imperatore anno quarto: die prima mensis ianuarii indictione sexta Neapoli: Certum est me atenolfum filium quondam domini gregorii cognominabatur spina postmodum vero monachi et quondam domina anna honesta femina iugalibus. una cum voluntate presenti idem gregorii germani mei: A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis ammore et salbationis anime meae ut hic et in futuro seculo aput altissimum deum omnipotentem. bonum meritum inbenire baleam: offero et trado vobis per manus vestras videlicet domino stephano venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio: Idest integra medietatem ex integra portione mea qui mihi pertinet per memoratam genitricem meam de integro campo qui vocatur ad illu buccatorium positum vero in loco qui vocatur at sanctum petrum ad calistum qui est foras flubium: una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et de silbis de eodem loco et de ribis et de scapulis et de egripis et de cerquetis et de castanietis. et cum medietate de portione mea de palmentu et de subscetorium suum insimul frabitu qui in eodem campo esse bidetur qui est commune et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus et ubicumque exinde imbentu fuerit per quobis modum. unde alia medietate a die presenti cecidit gratis a memoratum gregorium germanum meu. excepto quantu modo mihi ibidem pertinet per comparatu quod in mea sit potestatem faciendi quod voluero. set de memorato casale pertinet in memorato sancto et venerabili vestro monasterio quibus ipsa portione mea de memorato casale. unde ipsa medietate mea superius vobis optuli at bicem

An. 1038.

in portione ad ipsu germanum meum tetigit omnia quantum habemus in loco qui vocatur catulli eadem partem foras flubium excepto una corrigia de terra de memorato loco catulli quem mihi donabi memorata genitrice mea quod in mea sit potestatem faciendi quod voluero: de qua nihil mihi de hoc quod superius vobis optuli aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona quod absit commisi vel amodo iam committo potestatem: Ita ut a presenti die et deinceps a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint hoffertum et traditum in vestra posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem et neque a me memorato atenolfo una cum consensum predicti gregorii germani mei neque a nostris heredibus nec a nulla quampiam persona hominum parba aut magna extranea vel de nostra genealogia nullo tempore numqua vos iam dicto domino stephano venerabili abbati aut posteris vestris nec memorato sancto et venerabili vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus: tantummodo ut quandoque mihi deus incordaberit ut me monachum facere tunc vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio me ibidem monachu facere et abere debeatis et me enutrire debeatis sicut ceteris monachis prefati vestri monasterii: etiam et me bestire et calciare debeatis quomodo iustum fuerit: Insuper et quidem petro famulo meo vos et posteris vestris diebus vite mee enutrire et bestire seu calciare debeatis sicuti ceteris serbientibus memorati vestri monasterii et ipse vobis posterisque vestris diebus vite mee serbire debeas quomodo ceteris serbientibus memorati vestri monasterii: si denique tamen ut ab ipso meo serbitio nequaqua recedat ut iustum est: Quia ita nobis complacuit: si autem ego vel heredes mei aut alia quabis personas potens vel impotens extranea vel de nostra genealogia quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos quadraginta bytianteos: et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma: scripta per manus sergii scriniarii filius

domini leonis curialis scribere rogatus per memorata sexta indictione † hoc signum † manus memorati atenolfi ipse vero cum consensu predicti gregorii germani sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego sergius filius domini ursi testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego leo Curialis complevi et absolvi a memorato sergio scriniario filio meo per indictione memorata sexta †

CCCLXXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro mihaelio magno imperatore anno quarto: die quinta decima mensis februarii indictione sexta neapoli: Certum est nos petrum ferrarium et anna honesta puella uterinis germanis filiis quondam gregorii de rotunda: et quidem maria qui marenda clammatur iugalium personarum: nos autem pro vice et portionibus nostris seum et pro vicem et portionem de quidem iohanne germano nostro qui infra etatem exe videris: seum et cum consensu et voluntate memorata genitrice nostra: A presenti die promtissima voluntate promictimus vobis domino laurentio venerabili presbytero et igummeno monasterii sanctorum sergii et vachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii: eo quod vos contrastitis a memorato gregorio de rotunda genitori nostro idest integrum omnem licerem suum seum pertinentias suas quas ipse abuit et at eum pertinuit per quobis modum de integra ecclesia sancti petri que nominatur at calistum foris flubeum dicendo pars vestra ut vos ibidem sortem aberetis et fuit exinde inter vos et memorato genitori nostro intentionem: et post ipsa intentionem venistitis exinde cum eum in convenientiam ambas partes quatenus divideretis illos per medietatem sicuti et quomodo in omnibus continet firmissima chartula que vobis exinde fecit memorato genitori nostro quem aput vos abetis: et per ipsa chartula fecit vobis ut si de eum non remanserit proprium heredem tunc

An. 1038.

ipsa medietate sua reberteret et exeret offertum et traditum in memorato monasterio sicuti et quomodo in omnibus memorata chartula continet: etiam et memorato genitori nostro tullit una petia de terra pertinente de memorata ecclesia et ipse illa venumdedi: et quia quesistitis vos nobis ut illa recolligeremus et stetimus exinde vobiscum at legem et iudicaverunt ut nos illas recolligeremus et non potuibimus illa recolligere: et quia nos cepimus vos rogare ut daremus ibidem alia una petia de terra qui est coniuncta cum terra ex ipsa ecclesia: at vicem pro memorata terra que venditam est: et abrenuntiaremus vobis ipsum quantum nobis pertinet de memorata ecclesia sancti petri cum omnibus sivi pertinentibus et refunderetis nobis auri tari quinque: etiam et in presentis per vos dedimus et tradidimus in memorata ecclesia memorata petia de memorata terra una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab uno latere parte meridiana et de uno capite a parte orientis est terra heredum quondam domini petri ipati de sanctum archangelum at signa: et de alio latere a parte septemtrionis est coniunctum cum memorata alia petia de memorata terra ubi est ipsa ecclesia: et de alio capite parte occidentis est terra memorati vestri monasterii sancti sebastiani: unde per anc chartula repromittimus et firmamus vobis quia nullatenus presummimus nos aut heredibus nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris nec memorato vestro monasterio querere de memorata integra ecclesia cum omnibus sivi pertinentibus nec de memorata integra petia de memorata terra que ibidem modo dedimus ut super legitur per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: et nec vos nec posteris vestris nec memorato vestro monasterio non abeatis licentiam aliquando tempore querere memorata petia de memorata terra que vendita est per nullum modum ut non siat nobis et at nostris heredibus exinde nullam damnietatem: etiam et si quobis tempore exierit quavis personas qui vos aut posteris vestris quesierit de memorata ecclesia cum omnibus sivi pertinentibus aut de memorata petia de memorata terra que ibidem dedimus ut super legitur per nos aut per nostris heredibus tunc nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato monasterio illos exinde desuper tollere debeamus: etiam et memorati tari quinque nobis illis dedistitis et aput nos illis abemus: at nostra potestatem: etiam et una chartula que a memorato genitori no-

stro fecit petro filio iohanni scocci de fravicandum ipsa ecclesia seum et alia una chartula comutationis que a memorato genitori nostro fecit gregorio nepoti suo in presentis apud vos illes remisimus pro vestra defensionem: et omnem licerem nostrum quantum in memorata ecclesia et eius pertinentiis abemus per quobis modum. siat de memorato vestro monasterio: et licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio exinde causare cum memorato petro scocci et cum suis heredibus quomodo melius potueritis absque omni nostra et de nostris heredibus qualivet contrarietatem: set de memorata petia de memorata terra que vendita est siat qualiter superius diximus: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato sancto vestro et venerabili vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primari per memorata sexta indictione † hoc signum † manus memorato petro ferrario: signum † manus memorata anna honesta puella uterinis germanis pro vice illorum et pro vice de memorato iohanne germano illorum qui infra etatem exe videris et cum consensu et voluntate memorata genitrice illorum quod ego pro eis subscripsi †.

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego leo tabularius testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata sexta indictione †

CCCLXXII.

An. 1038.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro michaelio magno imperatore anno quarto: die vicesima mensis februarii indictione sexta neapoli: Certum est me iohanne calciolario qui nominatur pentiulo filio quondam petri calciolarii *pentiulo* et quondam sillicta ingalium personarum: A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino laurentio venerabili presbytero et igumeno monasterii sanctorum sergii et vachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii: eo quod vos me modo a die presentis recepistis in ipso vestro monasterio et me monachum facere debeatis et me nutrire et vestire seum calciare debeatis ut ceteris monachis cenobiatis et me abere in ipsa vestra congregatione monachorum: et ego in ipso monasterio servire et omnem inperium intus et foris facere et atimplere debeo cuntis diebus vite mee quomodo merueris et sicuti facere et agere potuero: etiam et vos mihi pargiare *debeatis a die* presentis idest auri tari octo quas ego dare debuit a creditoribus meis.... et ego a die presentis dedi et tradidi seum offerui vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio vestreque congregationis: idest integra domum mea *distructa* et cooperta insimul in uno coniuntum posita vero *intus* anc civitatem neapolis in vico qui vocatur ficariola iusta porta noba qui dicitur de domino urso tata: quod est nominatibum in primis integra una inferiora cellarei cum integra superiora super se et cum sex uncias meas de alia una inferiora distructa ibidem coniunta parte occidentis et est ipsa inferiora distructa coniunta cum alias sex uncias ex ea qui est de heredes quondam stephani calciolarii pentiulo thio meo: seum dedi et tradidi vobis et inclita alia una inferiora mea distructa iterum coniunta cum ipsa inferiora et superiora que vobis dedi hoc est a parte orientis et est coniunta a parte septemtrionis cum orticellum heredum de illum pulderioum sicuti inter se parietem proprium meum exfinat: insimul *una cum* aheribus et aspectibus suis et cum introitum suum

per memorato vico publico qui pergit a memorata porta et per anditum comunale quantum at oc pertinet et per gradis pretineis communibus *una cum* ballatorium commune qui est in caput ex ipsis gradis et per regia propria mea qui est in ipsum ballatorium et ingredit in memorata superiora que vobis dedi: quibus ipse gradis sunt comunalis mee et de memoratis heredibus memorati stephani thii mei: et at ipsa inferiora introitum abere debeatis per alia regia comunale mea et de memoratis heredibus memorati stephani thii mei qui ingredit in memorata inferiora que vobis dedi unde iterum introitum abere debeatis a memorate ambe inferiore distructe et cum integra pischina mea *que* est intus ipsa inferiora mea maiore que vobis dedi et omnibus eis pertinentibus: set memorati heredes memorati thii mei introitum abere debeas per memorata regia commune et per anditum da ista eadem regia at ipsa inferiora sua: coherente sivi a memorata inferioras et superioras insimul que nobis dedi in uno coniuntum a parte orientis est domum domini magii venerabili presbytero et domum argiro: et at ipsa inferiora distructa da parte septemtrionis est orticellum de ipsum paldericum et quale tempore edificare volueritis illum solareum qui est super ipsa inferiora que vobis dedi licentiam et potestatem abeatis: et a parte occidentis est domum memorati heredum stephani thii mei: et a parte meridiana est abitationibus ecclesie vestre sancte agathe: et a memorata parte septemtrionis est memoratus anditus et introitum comunalem unde omnem licerem abere debeatis quantum exinde pertinet per quobis modum a memorata integra domum que vobis dedit ut super legitur: insuper omni tempore ego et heredes meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio homnibus memoratis que vobis dedi et tradidi seum offeruit in omnibus antestare et defensare debeamus: quia ita mihi vone voluntatis complacuit: Si autem ego et heredes meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata sexta indictione † hoc signum † manus memorato iohanne calciolario qui nominatur pentiulo quod ego pro eum subscripsi †

† Ego leo tabularius testis subscripsi †

† Ego gregorius filius domini petri testis subscripsi †

† Ego sergius Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata sexta indictione †

CCCLXXIII.

An. 1039. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro michaelio magno imperatore anno quarto: die tricesima mensis iunii indictione sexta neapoli: Certum est nos bona que *nominatur sissana*: relicta autem domini iohannis qui dicebatur sissano: et petro sissano qui sum atobtibo filio memarata vona et de memorato iohanne sissano: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino laurentio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et vachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur *casapicta* situm in viridiarium et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: eo quod nos voluibimus facere et abere solareum super anditum comunale nostrum et de memorato vestro monasterio et de consortibus nostris et vadit ipse anditum comunale at domos vestra que in memorato vestro monasterio offeruit iohanne calciolario qui nominatur pentiulo per firmissima *chartula offertionis* vestra quem apud vos abetis: et at domum heredum quondam stephani calciolarii qui nominatur pentiulo et at domum nostra et de consortibus nostris positum vero intus anc civitatem neapolis in vico qui nominatur ficariola iusta illa porta noba qui dicitur de domino urso tata: etiam et vos mihi illut contrastis ut nos ibidem illut non faceremus: et quia ibidem portavimus ambas partes iudices publicos et ibidem ostensistis nobis memorata *chartula* offertionis vestra et ibidem ea relegere fecimus et invenerunt duas furcas ibidem fictas a parte orientis iusta domum maioni presbyteri et desuper ipsas furcas lignamen positas qui ibidem unum caput detinet: et alium caput detinet in illa domum nostra et sunt super ipsum anditum comunale et

iudicaberunt ipsis iudices ut ibidem staret et aberemus illos donec infracedaveris da pedes ipsas furcas et plus lignamen ibidem ponere aut abere nec mutare non debeamus: excepto ipsas qui modo ibidem sunt: et ubi ipsas furcas da pedes infracedaveris tunc illos exinde tollere et destruare debeamus ut super ipsum anditum comunale nullum edificium facere aut abere non debeamus per nullum modum: deinde et nos per anc chartulam et pro eodem iudicium repromittimus et firmamus vobis et in memorato vestro monasterio ut ibidem abeamus illos amodo et usque quod ipse ambe furcas qui modo ibidem posite sunt infracedaveris da pedem: et ubi da pedem infracedaveris tunc nos et heredibus nostris illos exinde destruare et dirrumpere debeamus ut nullum edificium facere aut abere non debeamus super ipsum anditum comunale per nullum modum: nec plus lignamen ibidem ponere aut mutare non debeamus per nullum modum: set ille grades fravite nostre qui ascendunt in memorata domum nostra siat qualiter ibidem modo sunt: absque omni contrarietatem vestra: et ille alie furcas qui sunt at coste ipsa domum nostra et abet ibidem canalis ligneis unde currit aquam celestem at illa pischina nostra qui est intus ipsa domum nostra nobis illos contrare non debeatis: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata sexta indictione † hoc signum † manus memoratas personas quod ego pro eis subscripsi †

† ego ursus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata sexta indictione †

CCCLXXIV.

An. 1039. ✝ In nomine domini. Domino michayl divina gratia imperator augusto. deo propitius sexto anno imperii eius mense februarius septima indictione Ideoque ego vir nomine petrus et filius cuidam et ego vir nomine roffreda et filius cuidam de iamdicta civitate luceria habitantes. Clare enim nos facimus quia pertinentem abemus hùna ecclesia da ipsis genitoribus nostris in finibus de iamdicte civitate luceria. in locum qui dicitur ad sancta maria infredanne. et sumus nos nimis pauperes quia iam ipsa ecclesia regere non poterimus et omnes horas ipsa ecclesia facere non poterimus. iam cepimus inter nos cogitare qualiter de *ipsa ecclesia* faceremus quia maiorem peccatum anime nostre est si ipsa ecclesia amplius plus hore perdet et exinde nos conquidimus maior peccatum in anima nostra vel de parentum nostrorum *modo namque* declarati enim sumus quia puro hac sincero corde bone nostre boluntati pro remedium et salvatione anime nostre et de parentum nostrorum. per hunc scriptum *donationis* ante domino benedicto magnifico iudice. et aliis bonis hominibus qui hic supter conscripti sunt testes. donabimus adque concedimus seu et tradidimus tibi domino iohanne imperialis comes et triumvir ipsa supradicta...........

ecclesia vocabulo sancte marie. et de ipse terre quante ibidem sunt quod nobis sunt pertinentes. Nam et ego mulier nomine sassa. et ego mulier nomine alferanna. et uxor predicti petri *congruum est nobis* donare inclita ipsa quartam partem quod nobis pertinet da ipsis viribus nostris tibi iam nominatum domino iohanne imperialis comes et triumvir. Set licitum nobis mulieri non est eam donare absque notitia iudici seu propinquorum parentum nostrorum. sicut in lex lagnobardorum continet. Unde propterea notitia fecimus ego nominata sassa. ad gayderisi: et ego alferana. ad iohanne de sele parentibus et consentientibus. vel mundoal nostris. ipsi *enim* nobis consentientibus et huna cum eis et cum predictis viribus nostris petro et roffreda. perreximus ante predicto domino benedicto magnifico iudice et *rogavimus* eius pietatem ut daret nobis mulieri licentiam donandi. Quo tu dominus benedictus iudex diligenter inquisibit nos predicte mulieri ne forte suasem essemus aut virtute pateremur da supra nominato petro

et roffreda viribus nostris aut ab ipsis parentibus et consentientibus vel mundoaldis nostris aut a qualibet hominem quibus nos prenominate mulieri respondentes diximus non permittat Deus ut aliqua suasionem aut virtute patiamur ab ipsis viribus nostris vel ab ipsis parentibus et consentientibus vel mundoal nostris aut a qualibet hominem tantum ut diximus bona nostra voluntate inclita ipsa quarta nostra donavimus tibi iam nominatum iohanne imperialis comes et triumvir. Dum ipse qui supra iudex diligenter nos inquisibit et nos omnia eiper ordinem narravimus. dedit nobis licentiam donandi. post accepta namque licentia. Nos nominate mulieri secundum statuta legum et cum consensu et voluntate supradictorum parentum nostrorum. et huna cum predictis viribus nostris pariterque consensu bone nostre voluntati tibi nominatum iohanne imperialis comes et triumvir ad semper abendum et possidendum. Unde hec omnia que superius legitur. nec nobis qui supra donatori et donatrice. neque ad heredibus nostris neque ad nullum quempiam hominem exinde reservabimus portionem requirendi set integra supradicta ipsa ecclesia et ipse terre quante ibidem abemus et case. donavimus et tradidimus et omnia exinde faciendum qualiter volueritis absque omni contrarietate nostra vel de nostris heredibus aut cuiuslibet hominis requisitionem. Pro quibus confirmandam hec supradicta nostra donatione in presenti recepimus nos petro et roffreda sassa et alferana. donatori et donatrice. a te prenominato domino iohanne imperialis comes et triumvir iuxta legem launegild mantellum hunum valiente duos solidos constantinopolitanos. finitum dicimus aput nos receptum habere inclitum donum. Ea namque ratione ut amodo et semper tu iamnominatum domino iohanne imperialis comes et triumvir et tuos heredes. ea que dicta est nostra donatione habere et securo nomine possidere valeatis. de qua igitur ante prescripto domino benedicto magnifico iudice. vel aliis bonis hominibus qui hic subter conscripti sunt testes repromittimus nos qui supra petrus et roffreda. sassa et alferana. donatori et donatrice et obligamus nos et nostros heredes. tibique domino iohanne imperialis comes et triumvir et ad tuis heredibus ut ipsa supradicta nostra donatione ab omnibus hominibus antestemus et defensemus vobis. Quod si antistare et defendere non potuerimus aut si nosipsis ex eadem nostra donatione vobiscum causaberimus et eam vobis per quolibet ingenium tollere vel contrare. seu remobere quesierimus ali-

quando tempore ante omnia questio nostra sint vacua et tacita. et insuper spopondimus nos et nostros heredes tibique domino iohanne imperialis comes et triumvir tuisque heredibus in eadem aptum tanta et tale hereditas edificia tam in eodem loco sicut de donnum launegild quod in edicto legis serie scriptum vel affirmatum est. Et hunc scriptum donationis et traditionis in supradicta ratione firmam et stabilem permaneat in perpetuo tempore. Quam te rossemannum diaconum et notarium. hanc cartam donationis scripsi et interfuit, Actum in civitate lucerie mense et indictione superscripsi feliciter.

† Ego qui supra benedictus iudice †

† Ego trupoaldo teste

† Ego Capoleo teste

CCCLXXV.

An. 1039.

† In nomine domini nostri Ihesu christi. Vicesimo primo anno principatus salerni domini guaymarii gloriosi principis. ac primo anno principatus eius capue mense aprelis septima indictione. Ideoque nos Iohannes domini gratia abbas monasterii beati laurentii lebite et martiris christi situs intro hanc capuanam cibitatem. non longe a porta que appellatur capuana. Notum esse bolumus omnibus fidelibus nostre prefate sancte ecclesie. videlicet presentibus et futuris adbenientibus quoniam stephanus presbyter et monachus noster confraternus filius quondam leoni. dedit nobis argentum cineracium speclatum libras duas ad libra iusta de canra pensatum et denari de ottone balientes alie libre due quod fiunt simul balientes tares aureos bonos hoctoaginta quattuor. Unde comparabimus pro parte suprascripti nostri monasterii. terras que sunt petie quinque in finibus monte marsico. Quarum prima ex ipse in loco ubi dicitur plumbuliski et nominatur allu lauru finis habet. de uno latere fine terra ecclesie sancte andree. habet inde per longum passus septuaginta. aliu latere fine terre de heredes quondam guadolfi. et inde habet passos septuaginta quattuor. Unu capite fine via publica. habet inde per trabersum passus viginti nobem. aliu capite fine terra suprascripti nostri monasterii et inde habet passus

biginti nobem et medium. Secunda petia ibique propinquo eodem loco plumbuliski finis habet. ab uno latere terra de heredes quondam adenolfi: ex alio latere fine terra grimoaldi. habet per singula latera passus quadraginta tres. unu capite tenet in terra ecclesie sancti andree habet inde passus quindecim. aliu capite tenet in subscripta petia et inde habet passus viginti tres. Tertia petia de terra ibique coniuncta finis habet. ab uno latere terra suprascripti grimoaldi et suprascripta petia et terra osfinoe habet inde passus triginta tres. ex alio latere fine terra de heredes quondam falconi et inde habet passus triginta quattuor. unu capite tenet in terra suprascripta osfinoe habet inde passus quinque aliu capite tenet in terra suprascripti grimoaldi et inde habet passus tredecim. Quarta petia de terra ibique finis habet ab uno latere terra de heredes quondam petri adenolfi habet inde passus triginta tres. ex alio latere fine terra de filii quondam gaidolfi et terra de filii quondam falconi et inde habet passus quadraginta tres. unu capite tenet in terra landoni et terra de filii quondam guidolfi. habet inde passus tredecim. aliu capite tenet in terra que fuit musi. et inde habet passus triginta. Quinta petia de terra ibique finis habet. ab uno latere terra petri clerici habet inde passus septuaginta nobem ex alio latere fine terra leoni franci. et inde habet passus septuaginta quattuor. unu capite tenet in via publica habet inde passus decem et hocto. aliu capite tenet in terra suprascripti leoni franci et inde habet passus viginti sex. at mensuram de passu landoni seniori castaldi mensuratum. Nunc autem per talia benit at nos iaquintus langobardus filius cuiusdam teuderici langobardi. una cum ipso stephano presbytero et monacho et ceperunt nobiscum colloquium habere ut ipse iaquintus langobardus nobiscum combenientia iuxta legem facere boleret de suprascripte quinque petie de terre. et ipsos a nobis per hordine combenientie secundum legem recipere boleret pro parte suprascripti stephani presbyteri et monachi nostri confratri in omni ratione et hordine que et qualiter hic supter declaramus. Quapropter nos qui supra iohannes domini gratia abbas combocatos sacerdotes atque cleros fratres monachos suprascripti nostri monasterii. et inito cum eis exinde consilio quatenus nobis inde agendum esset. De qua cunctis congruum paruit ne ipsum stephanum presbyterum et monachum nostrum confratrem qui bonum opus ipsum operatus est ex hac re molestaremus set omnia ei illut adimplere-

mus et combenientia ipsa eique iaquinti langobardi exinde faceremus secundum suam postulationem ut hic subter declaramus. Et Ideo ut combenientia ista secundum legem firmiter baleret combocavimus infra nobis aidulfum iudicem et subscriptos Idoneos homines qui se nobiscum interessent dixerunt sicut in legem scriptum est de combenientia et ita fecimus et firmābimus infra nobis hec combenientie carta. Idcirco nos iam nominatus iohannes domini gratia abbas una cum consensum sacerdotum et clericorum fratrum monachorum suprascripti nostri monasterii et herga nobiscum habendo littefredum abbocatorem suprascripti nostri monasterii. Per hanc cartam combenientie hordine secundum legem dedimus et tradidimus tibi iam nominati iaquinti langobardi hoc est integre suprascripte per finis indicate et mensurate terre quinque petie de terre pertinentes suprascripti nostri monasterii. una cum arbores et cum omnia ibi intro habentibus subter et super et cum viis suis ibidem intrandi et exiendi at possessionem suprascripti stephani presbyteri et monachi nostri confratris amodo et omnibus diebus bite sue. at tenendum et dominandum et fruendum ipsos in omnibus sue potestatis qualiter meruerit iusta ratione. Ita ut omnes fruges et labores et binum que a laboratoribus qui terris ipsis laboraberint. annualiter iusto hordine tollere et habere potuerit. totum sit in potestate ipsius qui supra stephani presbyteri et monachi tollendum et habendum ac faciendum exinde omnia que illi placuerit cunctis diebus bite sue. et a die hobitus eiusdem stephani presbyteri et monachi in antea semper debeamus nos ac successores nostros et parti suprascripti nostri monasterii. dare annualiter at monachos congregationis suprascripti nostri monasterii per fruges et labores de suprascriptis terris. auri tari boni tres. duo ex ipsi pro celebrandum inde festibitate sanctorum abbaciri et iohanni qui solet ipse stephano presbyter et monachus celebrare. et reliquo uno pro annibersario eiusdem stephani presbyteri et monachi. et obligamus nos qui supra iohannes domini gratia abbas nos et successores nostros et partem suprascripti nostri monasterii tibi qui supra iaquinto langobardo et at tuis heredibus seu ipsius qui supra stephani presbyteri et monachi. amodo et omnibus diebus bite sue. defendere et antestare Integra ea suprascripta que et qualiter tibi superius per iamdicta combenientia dedimus et tradidimus ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem nos qui supra iohannes domini gratia abbas vel successores nostros seu pars supra-

scripti nostri monasterii hanc cartam combenientie de quibus continet per qualecumque ingenium remobere quesierimus. et non compleberimus. et omnia qualiter prelegitur. Viginti vizantinos solidos pena nos vel successores componere obligamus tibi qui supra iaquinti langobardi vel at tuos heredes et hec carta combenientie de quibus continet qualiter secundum legem stare potest firma permaneat. et taliter nos qui supra iohannes domini gratia abbas una cum consensum sacerdotum et clericorum fratrumque monachorum suprascripti nostri monasterii. et herga nobiscum habendo suprascriptum abbocatorem eiusdem nostri monasterii qualiter inter nobis combenit secundum legem fecimus. et te petrum notarium scribere rogavimus. Capua

† Ego qui supra iohannes abbas
† Ego leo sacerdos et monachus
† Ego alfanus sacerdos et monachus
† Ego captuanus sacerdos et monachus
† Ego iohannes diaconus et monachus
† Ego deodatus diaconus et monachus
† ego qui supra aydulfus iudex
† ego auferius
† ego aprico
† ego iohannes notarius
† ego qui supra littefredus

CCCLXXVI.

An. 1042.

- ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaele magno Imperatore. anno octabo. die nona decima mensis martii indictione decima neapoli: Certum est me eufimmia filia quondam pumiliani. relicta autem quondam petri de agumu avitatrice vero in loco qui vocatur pumilianum quod est foris arcora dudum aqueductus ego autem pro vice mea et pro vice quidam sellicta puerula filiam mea que abeo de quondam memorato viro meo. seu et cum voluntate domina maria honesta femina cui ego et memorata filia mea defisa sumus *filia* quondam domini iohannis cognominabatur mundulo cui ipse viro meo defisus *fuit conius* presenti domini iohannis qui cognominabatur buccapictula et at ipsa domina maria honesta femina consentiente ad ea memorato viro suo: A presenti die promtissima volumtate. venundedi et tradidi vobis martino qui nominatur langnise filio quondam iohannis de stephano de sparanu et petro *filio* stephani langnise oc est uterinis germanis de una genitrice et de memoratos singulos genitores et gregorio et martino et fermoso germanis filiis quondam leoni qui fuit filius quondam memorati iohannis de stephanu de sparanu. et iohanne filio quondam ursi langise oc est this et nepotes. nepotes atque pronepotes meis avitatoribus. vero in memorato loco idest integras sex uncias qui fuit de memorato viro meo ex integru fundu posito vero in memorato loco. pumilianum una cum arboribus *fructiferis vel infructiferis* et cum palmentum et subsceptorium suum et ad ara et furnum et balneum insimul frabritum. et cum puteum aque vibe insimul intus se et cum introitum suum omnibusque eius pertinentibus. qui indivisa reiacent ipsa sex uncias de memoratum fundum qui vobis venumdedi ut super legitur cum reliqua sex uncias exinde que vobis comparatam abetis de antea da memorato petro de agumo viro meo. coheret sivi insimul de uno latere fundum domini *iohannis* de domino adelmari cui bos defisi esse bideritis et de petro qui nominatur betrone de memorato loco thio nostro sicuti inter se sepis seu fossatus et terminis exfinat. et de alio latere est carraria propria de ipsa sex uncias que vobis venumdedi de memoratum fundum et de ipsa sex uncias vestras ex ipsum fundum et a foris ipsa carraria. est fundum here–

dum quondam domini marini de domino cali sicuti inter se terminis seu sepis exfinat et de uno capite est fundum quidem stephano presbitero thio vestro qui ad eum pertinuit de quidem maria thia vestra serbienti sua sicuti inter se terminis seu sepis exfinat. et de alio capite est via publica qui pergi da nola. de qua nihil nobis aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona comisit potestate. et a nuc et deinceps a me vobis sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis semper libera. abeatis potestate dibidentes illut inter vobis vestrisque heredibus per medietate. vos memorato martino et memorato gregorio et iamdicto idem martino et prenominato fermoso thio et nepotes et vestris heredibus exinde tollere debeatis medietate et vos memorato petro et memorato iohanne thio et nepotes et vestris heredibus alia medietate exinde set de ipsa medietate qui te memorato martino et memorato gregorio et iamdicto idem martino et memorato fermoso exinde tetigerit ut super legitur tu memorato martino et tuis heredibus exinde tollere debeatis una portione et vos memorato gregorio et memorato idem martino et iamdicto fermoso et vestris heredibus una portione exinde in vice de memorato genitor vester et neque a me memorata eufimmia pro vice mea et pro vice de memorata sellicta filia mea qui infra etate esse videtur seu et cum volumtate memorata domina maria honesta femina cui nos defisa sumus et a ipsa domina maria honesta femina consentiente ad ea memorato domino iohanne buccapictula viro suo neque a nostris heredibus nullo tempore numquam bos memorato martino et iamdicto petro germanis et memorato gregorio et iamdicto idem martino et prenominato fermoso germanis et memorato iohanne oc est this et nepotes seu exadelfis nepotes atque pronepotes meis aut heredes vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacunque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus insuper omni tempore nos et heredes nostris oc que vobis venumdedimus qualiter superius legitur ab omnes homines homnique personis in omnibus vobis vestrisque heredibus antestare et defensare debeamus. pro eo quod impresenti accepimus a vobis exinde idest auri tari viginti quadtuor unde de memoratos tari ego memorata eufimia et memorata filia mea exinde tulimus auri tari quadtuor et reliquos ipsos tari tulid memorata domina maria honesta femina proinde nos et ea et nostris

et suis heredibus vobis vestrisque heredibus illud antestare et defensare debeamus in omne decisione seu deliberatione: Quia ita nobis stetid: Si autem nos aut heredes nostris quobis tempore contra anc chartulam ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorata eufimia pro vice sua et de memorata filia sua que infra etate esse videris simul cum volumtate memorata domina maria honesta femina cui ipsa defisa sue et a ipsa domina maria honesta femina consentiente ad ea memorato viro suo quod ego qui memoratos pro ei subscripsi et memoratos tari traditos vidi †

† ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari tradidos bidi †

† ego iohannes filius domini mastali testi subscripsi et suprascripti *tari* traditos bidi †

† ego leo filius domini stefani testi subscripsi et *suprascripti tari* traditos bidi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCLXXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro migaelio magno imperatore anno octavo die vicesima mensis aprelis indictione decima neapoli: Certum est me andrea filium quondam iohannis cotricati cui super nomen franco una cum voluntate eupraxia conius mea avitatoribus autem in loco qui vocatur giniolo que est foris flubeum A presenti die promtissima voluntate pro dei omnipotentis amore et redemtionis anime meae offero et trado vobis domino stephano venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora Idest integra portione et pertinentias meas quantum et quomodo mihi pertinet per quobis modum de integrum campum qui vocatur ad illi buccatorti que est foris risina super sanctum petrum at calistum quem quondam stephano cotricato avio meo at pastenandum detinuit da illi spina: una cum arvoribus et cum scapulis et egripas seu rioras et cum resinas. seu et cum palmentas et subscetorias suas et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus unde nihil mihi exinde aliquot remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personas quod absit commisi aut iam comicto potestatem: set a nunc et deinceps a me vobis sit venumdatum et traditum in vestra posterisque vestris sit potestatem abendum illut in sempiternum et neque a me memorato andrea una cum voluntate memorata conius mea neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos aut .... abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas imperpetuum insuper omni tempore ego et heredes meis av omnis omine homnique personas in omnibus vobis posterisque vestris exinde illut antestare et defensare debeamus. Quia ita mihi vone voluntatis complacuit Si autem aliter fecero ego aut eredes meis et in aliquit offensis fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque posteris auri libra sex bythianteas et ec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus stephani curialis per memorata indictione † oc signum † manus memorati andrea ego qui memoratos pro eum subscripsi †

An. 1042.

† ego iohannes filius domini aligerni testi subscripsi †

† ego musus filius domini maraldi testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini capuani testi subscripsi †

† Ego stephanus Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCLXXVIII.

An. 1042. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro migaelio magno Imperatore anno octavo die quarta mensis magii indictione decima neapoli: Certum est nos maria filia quondam stephani caruliti relicta quondam sergii cotricati cui super nomen cupocca et angelum filium quondam petri cotricati oc est cognati avitatoribus autem in loco qui vocatur giniolum ipsi cotricati A presenti die promtissima voluntate venumdedimus et tradidimus vobis domino stephano venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora. et per vos in memorato vestro monasterio idest integra portiones nostras quantum et quomodo nobis pertinet vel pertinere debet per qualiscumque modum ex integrum casalem memorati vestri monasterii qui vocatur ad illi buccatorti positum vero super sanctum petrum at calistum qui est foris resina una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum cerquetis et castanietis et cum scapulis et egripas seu rioras et cum portiones nostras de resinas et de rebus et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus unde nihil nobis exinde aliquot remansit aut reserbavimus nec in aliena personas comisimus aut iam comictimus potestatem set a nunc et deinceps a nobis vobis sit venumdatum et traditum in vestra posterisque vestris et de memorato vestro monasterio sit potestatem ad abendum datum et traditum in vestra posterisque vestris et de memorato vestro monasterio sit potestatem queque exinde facere volueritis ad abendum et possidendum illut in sempiternum et neque a nobis neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio quod apsit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredes nostris av omnis omines

omnique personas in omnibus vobis vestrisque posteris et at memorato vestro monasterio illut antestare et defensare debeamus pro eo quod impresentis accepimus a vobis exinde idest auri tari quattuor que nos presens presentis dedimus per manum memorati sergii capocca viro et germano nostro in omnem decisione seu deliberatione: Quia ita nobis complacuit si autem nos aut heredes nostris quobis tempore contra anc chartulam ut super legitur venire presumpserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos duos bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum stephani curialis per memorata indictione † oc signum † manus memorata maria signum † manus memorati angeli ego qui memoratos pro ei subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† ego marinus filius domini iohannis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† ego saductus filius domini stefani testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego stephanus Curialis Complevi et apsolvi per memorata indictione †

CCCLXXIX.

An. 1043.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi post obitum michaelis magno Imperatore anno primo die quintadecima mensis martii Indictione undecima neapoli Certum est nos maria filia quondam petri cotricati una cum voluntate iohannis de illa monacha de tertium viri mei et idem maria filia quondam stephani casalicti relicta quondam sergii cotricati cui super nomen capocca set ego memorata maria filia memorati petri cotricati pro bice mea et pro bice agelo germano meo qui ic absens est et ego memorata idem maria pro bice mea et pro bice iohannis pueruli filii mei quem abeo de memorato sergio viro meo A presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus vobis domino stephano venerabili abbati monasterii sancti seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et per vos in memorato vestro monasterio idest interis omnis portionibus nostris et de memorato angelo germano et cognato nostro ex integrum casalem qui fuit de illi spina et nominatur ad illi buccatorti positum vero at calistum una cum arboribus et cum portionibus nostris et de memorato agelo germano et cognato nostro de palmentas et subscetorias suas et cum introitas earum omnibusque eis pertinentibus de quantum et quomodo nobis pertinet vel obbenire et pertinere debes aut pertinentes fuerit per quobis modum unde nihil nobis exinde aliquot remansit aut reserbavimus nec *in* aliena personas commisimus aut jam committimus *potestatem* set a nunc et deinceps a nobis vobis et per vos in memorato vestro monasterio sit venumdatum et traditum in vestra posterisque vestris et de memorato monasterio sit potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam abeatis potestatem et ne a nobis neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos aut posteris vestris quod apsit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestiam per nullum modum nec per summisis *personis*. a nunc et in perpetuis temporibus ita ut omni tempore nos et heredes nostris ab omnis omines omnique personas in omnibus vobis vestrisque heredibus illut antestare et defensare debeamus pro eo quod in presentis accepimus a vobis exinde idest auri tari quattuordecim in omnem decisione seu deliberatione. Quia ita nobis complacuit si autem ego aut heredes mei quobis

tempore contra anc chartulam ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos sedecim bytianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus stephani curialis per memorata indictione † oc signum † manus memoratas personas ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari tradidos bidi †

† ego musus filius domini maraldi testis subscripsi et suprascriptos tari traditos vidi †

† ego iohannes filius domini cesarii testi subscripsi et suprascriptos tari traditos bidi †

† Ego iohannes curialis testis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† Ego stephanus Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCLXXX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno primo: die secunda mensis magii indictione undecima neapoli: Certum est me stephano umilem presbytero qui super nomen franco filio quondam iohanni: A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino laurentio venerabili igummeno monasterii sanctorum sergii et vachii: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras portiones et pertinentias vestras quantum et quomodo hobbenit et pertinet per quobis modum in memorato sancto vestro monasterio de integra ecclesia vocabulo sancti ianuarii qui nominatur spoliamorta sacerdoti et christi martiris situm inter duas vicoras unum qui nominatur iudeorum et alium qui nominatur trea fata qui et carrarium dicitur regione porta sancti ianuarii: una cum portiones de domibus et de cellis et de omnes abitationes et de rebus et substantiis et de codicibus et ornamentis ipsius dicte ecclesie pertinentes omni- An. 1043.

busque a memorata inclitas portiones de memorata ecclesia ipsius vestri monasterii per quobis modum pertinentibus ubi domino volentem me ibidem custodem ordinastitis: in eo enim tenore quatenus a nunc et omnibus diebus vite mee in mea sint potestatem eos tenendi et dominandi seum frugiandi: et in eadem ecclesia die noctuque omnem officium sacerdotalem facere aut facere faciamus hoc est vesperos et matutinos seum missarum solemnias et oris laudibus: lumminariorum vero concinnationis sine ora facere et exivere debeamus ut aput deum et coram omminibus nobis exinde laus et mercis atcrescat: et quodcumque in memorata ecclesia aut in eius abitationibus at conciandum et fravicandum abueris ego illut conciare et fravicare debeas quomodo iustum fueris et merueris: et omnia quodcumque ibidem offertum vel datum fuerit sive a viribus vel a mulieribus *si fuerit mobilem* in mea sint potestatem faciendi que voluero: si autem inmobile fuerit aut terras vel tale causa pro hornamentum de memorata ecclesia post meum obitum ibidem remanere debeas: et pro alimoniis meis dedistitis et tradidistitis mihi et omnes hereditates et domos et cellis et abitationibus et ortuas et codicibus et ornamentis ipsius dicte portiones de memorata ecclesia pertinentibus intus et foris per quobis modum ut super legitur: ut in mea cuntis diebus vite mee sint potestatem tenendi et dominandi seum frugiandi et lavorandi et at lavorandum dandi abeque scriptis: inferius et superius illos fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluero unde nullam mihi exinde non tollatis: et omni annue ego cuntis diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio exinde dare et dirigere debeamus intus memorato vestro monasterio per nativitatem domini oblatas parias trea: et in sanctum pascam in resurrectione domini oblatas parias dua: et omni annue per iobi die sanctum pastillos viginti: sine omni amaricatione: et omni annue facere debeamus alias omnes consuetas de memorata ecclesia sicuti da vetere fuit: et ubi domino placuerit et illi maledicti lormannis exieris de liburie ut recolliserimus terris de liburias tunc ego in tota memorata ecclesia dare debeo auri solidos quindecim et inde tollere terras aut domos vel tale causa pro memorata ecclesia ad avendum ibidem in sempiternum: et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio me cuntis diebus vite mee exinde iactare aut illos tollere nec quod absit qualivet sa-

cerdotem vel clericum aut monachum vel alias quabis personas super me ibidem ponere aut ordinare per nullum modum cuntis diebus vite mee: atimplente ego vite mee omnia memorata per omnem ordinem et tenore ut super legitur: post autem meum transitum in vestra vestrisque posteris et de memorato vestro monasterio una cum omnia quantum per inventaneum mihi atsignaveritis: revertantur potestatem cuius iure exe videris: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata undecima indictione † hoc signum † manus memorati stephani presbytero quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego stefanus presbyter: subscripsi †

† Ego gregorius filius domini petri testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCCLXXXI.

An. 1043.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi. Vicesimo quinto anno principatus salerni domini guaimarii gloriosi principis. ac quinto anno principatus eius capue. et quinto anno ducatus illius amalfis. et quinto anno ducatus eius surrenti. mense iunio undecima indictione. Ideoque ego petrus filius quondam idem petri. qui sum habitator infra fines de como calbo loco ubi dicitur plumbumliski. Declaro quoniam ante hos annos hemisi ego cartam venditionis secundum legem vobis domino iohanni venerabili abbati monasterii beati laurentii lebite et martiris christi. situs intro hanc capuanam cibitatem propinquo porta que appellatur capuana. que est carta ipsa continente inter cetera. quomodo ego petrus filius quondam petri qui eram habitator in finibus calbo loco plumbuliski. Per ipsa carta venumdederam tibi domino iohanni reberentissimo abbati. at possessionem eiusdem monasterii sancti laurentii et de eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus. Integra una petia de terra mea que habebam in suprascripto finibus calbo in predicto loco plumbiliki. Que habent finis eadem petia de terra. de uno latere tenent in terra de heredes quondam alcisi. habent exinde in longum passus septuaginta nobem et medium. aliu latere tenent fine terra mea. que michi reserbaberam. et terra de heredes quondam suprascripti alcisi. et terra de heredum quondam agelchisi. et inde habent passus viginti tres *et ab inde* rebolbente circa terra de heredum suprascripti *agelchisi. et inde* habent passus quattuor. et abinde qualiter directe ibat circa terram de heredes suprascripti agelchisi. et inde habent passus quinguaginta septem. unu capite tenent fine terra mea que michi reserbaberam per via. habent exinde ex trabersum passus quindecim. aliu capite erat fine terra de heredes quondam gustabili. et terra eiusdem monasterii sancti laurentii. et inde ex trabersum habent passus undecim. at mensuram de passu landoni seniori castaldi mensuratum. Hec autem iamdicta petia de terra qualiter superius de fine in fine indicata et mensurata erat. una cum arbores et cum omnia intro habentibus subter vel super et cum via sua ibidem intrandi et exiendi. Cunctum et integrum ipsos que et qualiter superius dixeram. ego qui supra petrus. tibi iam nominati domini iohanni reberentissimi abbati venumdederam at pos-

sessionem prefati monasterii et de eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus. ad habendum et possidendum et faciendum exinde omnia que parti eiusdem monasterii placeret. unde de omnia supradicta que tibi superius venumdederam qualiter dixeram michi nec alii cuilibet exinde nullam reserbaberam set cuntum et integrum ipsos tibi venumdederam sicut supradixeram. et per suprascripta mea benditione manifestaram ego qui supra petrus benditor quia susceptum et completum aput me habebam pretium. a te qui supra domino iohanne reberentissimo abbate. Idest argentum bonum cineracium specliatum libra una et medium at libra iusta de cantra pensatum sicut inter nobis statutum fuerat finitum bero pretium. ea ratione quatenus amodo et semper prefato monasterio sancti laurentii et eiusque abbatibus et rectoribus atque custodibus. firmiter haberet et possideret Integra suprascripta mea benditione et faceret et exinde omnia que parti eiusdem monasterii placeret. et obligarem ego qui supra petrus benditor me et meos heredes at partem prefati monasterii sancti laurentii et ad eiusque abbatibus et custoribus atque rectoribus. Integra suprascripta mea benditione defendere et antestare amodo et semper a parte uxori mee et ab aliis omnibus hominibus ab omnique partibus. et quando boleret pars eiusdem monasterii et eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus per se exinde emeret auctores et defensores licentiam et potestatem haberent illi sibi exinde essere auctores et defensores bice mea vel dè meos heredes. cum ipsa hemptionis carta et cum aliis nostris vel eorum rationibus quomodo et qualiter melius poterent et bolerent. et quicquit exinde facere bolerent et poterent eorum esset potestatis et quando bolerent defenderemus eorum ipsos ab omnibus hominibus ab omnique partibus ut supra legebatur. Si autem ipsos eorum defendi non poteremus ut dixeram primis ego et meos heredes at partem predicti monasterii et ad eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus. de colludio legibus infra se obligaram et componere eorum obligaram suprascripto pretium duplum et duplo per appretiatum. Quod suprascripta mea benditio aput eorum in hedificio vel in quobis parte crebita vel remelioratam pareret. Nam si ego qui supra petrus benditor aut meos heredes ipsa benditionis carta de quibus continebat aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesissemus et si non eorum ipsos defensaremus et si non fecissemus et non complebissemus at parte

prefati monasterii et ad eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus. ea omnia per ipsum hordine qualiter superius legebatur. tunc et suprascripta dupla eorum componimus et iamdicta benditio integra potestati eorum amitteremus at semper habendam. et de hec omnia suprascripta defendendum et percomplendum omnia qualiter superius legebatur. ego qui supra petrus benditor et meos heredes at partem prefati monasterii et ad eiusque abbatibus et rectoribus atque custodibus in presentia maioni iudici et aliorum testium voluntati mee ego qui supra petrus benditor. guadiam tibi qui supra domini iohanni reberentissimi abbati exinde dedi. et ut nobis combenit fideiussorem tibi exinde posui meipsum. De quibus at pignerandum obligo me ego qui supra petrus benditor per meipsum fideiussor me et meos heredes at partem prefati monasterii et at eiusque abbatibus et custodibus atque rectoribus. si opus fuisset per hec que prelegebatur. per nomen bobi bacce et caballi et iumente et porci nostri et de aliis rebus omnibus et substantiis nostris usque at lege. et cetera in omni ratione et hordine sicut in ipsa predicta vestri monasterii continet carta hemptionis. que scripta est per maraldus clericus et notarius. actu calbo. et roborata est per ipsum qui supra maio iudex et per maione notario. Nunc autem per talia sicut michi qui supra petri aptum et congruum est vona mea voluntate. Per hanc cartam alieno Idest do et trado vobis supranominato domino iohanni venerabili abbati per securitate atque defensione vestra et de successoribus vestris et de parte suprascripti vestri monasterii per suprascripta mea benditione. Idest sorte de una scriptione mea michi pertinente per meas rationes Cum sorte de eius continentia et per quantum at defensione de suprascripta mea benditione pertinere bidetur. at possessionem prefati vestri monasterii et vestra et successoribus vestris et de parte suprascripti vestri monasterii vel cui hec carta pro parte suprascripti vestri monasterii in manibus paruerit. at habendum et possidendum et faciendum exinde omnia quae nobis vel eis placuerit. que est continente scriptio ipsa † In nomine domini nostri Ihesu Christi. vicesimo quinto anno principatus domini paldolfi. et decimo anno principatus domini landolfi gloriosis principibus. mense iulio undecima indictione. Ideoque ego lando comes filius vone recordationis domini landolfi magnifici principi. declaro quia ante presentiam lupi iudici et alios testes. Manifestum facimus vobis ursi qui raparulo clamatur filii quondum ursi

clerici. seu et maraldi et bisantii nepoti tui qui supra ursi filii quondam iaquinti. quam et vobis domnelli et falki germani filii quondam iohanni et nepotes amrandi ut liberi siatis et personibus vestris nobis nec at nostris heredibus nulla est pertinens. Ideo ut diximus bos supranominato urso qui dicitur raparulo et maraldo et bisantio et domnello et falco qui estis habitatores de finibus calbo loco monte marsico prope ecclesiam sancti georgii. liberi estis et nec personibus vestris nec rebus et substantiis vestris nec nobis nec at heredibus nulla est pertinens per nullam rationem. unde taliter bolumtarie mee obligo ego qui supra lando comes et meis heredibus vobis qui suprā ursi maraldi et bisantii domnelli et falki et at nostris heredibus Integris personibus vestris seu et omnibus rebus et substantiis vestris defendere et antestare per a parte uxori mee et ab aliis omnibus illis hominibus et partibus cui vel ubi per me vel per meos heredes personibus vestris et rebus et substantiis vestris in aliis partibus *beraciter* datum aut alienatum paruerit. Ab aliis bero omnibus hominibus et partibus vos vobis defendatis personibus vestris seu rebus et substantiis vestris quomodo vel qualiter melius potueritis et bolueritis excepto quod non me vobis manifestabi...............que esse bidetur in ipsis finibus monte marsico prope iamdicta ecclesia sancti georgii. et prope ecclesiam sancti maximi quas in mea et de meis heredibus reserbabi potestate faciendum exinde omnia que nobis placuerit. Prima ex ipse petie de terris esse bidetur prope toru de manoaldi de ista parte saone. que habet finis. ab uno latere via publica que pergit iusta ipsum saone habet exinde in longum passus sexaginta quinque. aliu latere tenet in terra mea qui supra landoni comiti et in terra de nepoti quondam arnelber et in subscripta petia de terra. et inde habet passus quinquaginta quinque. unu capite tenet in alia via publica habet exinde per trabersum passus decem et octo. aliu capite tenet in terra monasterii sancte marie et in subscripta petia de terra et inde habet passus decem et nobem. Secunda petia ibique coniuncta unu latere tenet in suprascripta prima petia de terra aliū latere fine terra mea et de ipsi nepoti suprascripti arnelberti per singula latera per longum habet passus biginti et tres. unu capite tenet in ipsa via publica habet inde passus sex. aliu capite tenet in terra mea et inde habet passus nobem. Tertia petia ibique unu latere terra suprascripti monasterii habet inde per longum passus

viginti septem. aliu latere terra mea et terra de ipsi suprascripti arnelberti et inde habet passus biginti quattuor. unu capite tenet in via publica habet inde per trabersum passus biginti quattuor. aliu capite tenet in suprascripta prima petia de terra et in terra mea et in terra de ipsi nepoti suprascripti arnelberti et inde habet passus biginti tres. Quarta petia de terra est fundo prope iamdictam ecclesiam sancti georgii. que habet finis ab uno latere terra mea habet inde in longum passus sexaginta hocto. aliu latere tenet in terra similiter mea. et inde habet passus nonaginta. unu capite tenet in via publica habet inde per trabersum passus quinquaginta hocto. aliu capite tenet in terra mea et inde habet passus hocto. Quinta petia ibique coniuncta que est similiter fundo que habet finis ab uno latere est coniuncta cum suprascripta quarta petia de terra mea que est fundo et via publica habet inde per longum passus centum quinquaginta. aliu latere est fine aqua de ipsu saone et inde habet per longum passus quinquaginta et septem. unu capite tenet in terra de atenolfi qui garofulo clamatur filii quondam anissoni habet inde per trabersus passus decem et hocto aliu capite tenet in terra gariperti et inde habet passus decem decem et septem. at mensura de passu landoni seniori castaldi mensurate sunt. que in mea et de meis heredibus reserbabi potestate faciendum exinde omnia que nobis placuerit. asque omni contrarietate vestra et de vestris heredibus. Nam de aliis omnibus rebus et substantiis vestris ego qui supra lando comes vobis sopranominati ursi maraldi et bisantii domnelli et falki me manifestabit. seu et de integris personibus vestris et de uxoribus et nuruis vestris seu et de filiis filiabus et nepotibus vestris me manifestabit ut liberos et liberas essetis. et nec nobis nec at nostris heredibus nullam est pertinens per nullam scriptionem aut rationem. Unde taliter obligo ego qui supra lando comes me et meis heredibus vobis supranominati ursi maraldi et bisantii domnelli et falki. et at vestris heredibus taliter ut si amodo et quacumque atbeniente tempore bos supranominati aut uxoribus et nuruis vestris aut filiis filiabus et nepotibus vestris serbos aut ancillas aldios vel aldias aut qualiscumque pertinens nobis facere aut habere quesierimus aut si de predictis rebus et substantiis vestris vobis vel at vestris heredibus tollere aut eminuare quesierimus vel si non vobis compleberimus omnia et in omnibus sicut superius legitur. excepto illut que ut super exceptua-

bimus quem in nostra et de nostris heredibus reserbabimus potestatem mille vizantinos solidos pena nos et nostris heredibus vobis vel at vestris heredibus componere obligamus. et taciti et quieti de personibus vestris sicut diximus et de omnibus rebus et substantiis vestris atbersus bos maneamus semper excepto illut que ut super exceptuabimus. et omnia supradicta vobis percompleamus. et hunc scriptum de qualiter continet firmum permaneat semper. et taliter ego qui supra lando comes qualiter michi congruum fuit. et te mirandum clericum et notarium scribere rogavi. qui interfuisti. roborata est scriptio ipsa per ipsum qui supra lupo iudex et qualfrit. et per iohanne clerico et notario et maio. et etiam scriptionem ipsam ego aput bos remisi. Eo quippe hordine ut a nunc et semper bos et successoribus vestris et pars suprascripti vestri monasterii vel cui hec carta pro parte suprascripti vestri monasterii in manu paruerit scriptionem ipsam aput bos habeatis. et quando necessum fuerit et bolueritis licentiam et potestatem habeatis eam hostendere et cum eam causare et contendere et omnem finem facere de suprascripta mea benditione bicibus nostris seu quomodo vel qualiter melius potueritis et bolueritis et quicquit exinde facere potueritis et bolueritis vestre et de parte suprascripti vestri monasterii sit potestatis. et quando bolueritis sic defendere et antestare debeamus ego et meos heredes vobis et at successoribus vestris et at partem supradicti vestri monasterii. Integra suprascripta mea benditione ab omnibus hominibus ab omnique partibus semper in omnibus secundum continentia de ipsa beracissima carta hemptionis vobis a me ut supra hemissa tantum quando pro defensione ipsam vel si aliter clara facta beritate michi vel at meis heredibus necessum fuerit. debeatis bos vel successores vestros et pars suprascripti vestri monasterii vel cui hec carta pro parte suprascripti vestri monasterii in manu paruerit. hostendere et dare michi vel at meis heredibus scriptionem ipsam que aput vos remisi et de qua vobis superius sortem ipsam alienabi in publico iudicio at relegendum et fine faciendum cum quo nobis necessum fuerit iuxta scriptione et per omne bice scriptionem ipsam aput bos et aput successores vestros seu aput partem suprascripti vestri monasterii vel aput illum hominem cui hec carta pro parte suprascripti vestri monasterii manu paruerit nos remittere debeamus quale nobis ipsam hostenseritis et dederitis. Sic tamen ut quantum michi vel at meis here-

dibus necessum fuerit scriptionem ipsam ut diximus debeamus ego vel meos heredes vel a successoribus vestris et da parte suprascripti vestri monasterii vel de illo homine cui hec carta pro parte suprascripti vestri monasterii in manu paruerit. scriptionem ipsam recipere per manum de talem hominem per quem ipsam securiter recolligere possatis semper per omnem bicem sine iniusta dilatione. Et obligo ego qui supra petrus me et meos heredes vobis qui supra domino iohanni venerabili abbati et at successoribus vestris et at partem suprascripti vestri monasterii seu cui carta ipsa pro parte suprascripti vestri monasterii in manu paruerit defendere et antestare Integram eadem scriptionem que ego ut super aput bos remisi et de qua vobis superius sortem ipsam alienabi amodo et semper in rationes illas superius definitas ab omnibus hominibus ab omnique partibus que vobis vel eis que ut dixi ipsam tollere boluerit aut bos vel illis exinde querere vel molestare boluerit in quibuscumque modo et quando bolueritis licentiam habeatis bos vel successores vestros seu pars suprascripti vestri monasterii vel cui carta ista pro parte suprascripti vestri monasterii in manu paruerit per bosmetipsis exinde vobis auctores et defensores esse bicibus nostris cum ista carta alienationis et cum aliis vestris vel eorum et nostris rationibus quomodo vel qualiter melius potueritis et bolueritis. et quicquid exinde facere potueritis et bolueritis vestre vel eis sit potestatis in suprascripta ratione et quando bolueritis sic defendamus vobis vel eis ipsam ab omnibus hominibus ab omnique partibus quem ammodum superius obligavi. et nichil bos vel illis a nostra parte patiamini molestia de comestione et de diminutione que scriptione ipsa habere bidetur propter quod ipsam nobis ostendere et dare debeatis ut dixi. et non est salba integra. Si autem ego qui supra petrus vel meos heredes hanc cartam alienationis de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumbere aut remobere quesierimus vel si non fecerimus et non compleberimus vobis vel eis. ea omnia per ipsum ordine qualiter superius leguntur centum vizantinos solidos pena me vel meos heredes vobis vestrisque successoribus seu at partem suprascripti vestri monasterii vel cui carta ipsa pro parte suprascripti vestri monasterii in manu paruerit. componere obligo et omnia suprascripta vobis vel eis percompleamus. et hec carta alienationis de quibus continet firma permaneat semper et taliter ego qui supra petrus qualiter

mihi congruum fuit. feci. et te petrum notarium qui interfuisti scribere rogavi. Capua.

† ego aydulfus iudex

† ego ulerico

† ego iaquintus

CCCLXXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi : Imperante domino nostro constantino magno Imperatore anno secundo : die vicesima septima mensis martii. indictione duodecima neapoli: Certum est nos marinus comes filius quondam vone recordationis domini sergii. in dei nomine et minentissimis consul et dux postmodum vero monachi. A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino laurentio venerabilis igumenus monasterii sanctorum sergii et vachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium: et at cunta sancta et venerabili vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: eo quod ego quesivit memorato vestro monasterio ut omni annue dare solitus est per consuetudinem in ipsum comitatum meum de castro cumano quas ego tenere videor una tractoria de vinum mundum tractum usque intus ipso castro nostro cummano pro illa obedientia vestra que abetis in loco qui vocatur quarto maiore: et pars autem vestra dicevat ut non exet ita: et post hec autem placuit mihi quo pro domini amorem et redemptionis anime mee ut ego vobiscum exinde nullam intentionem abere: set facere vobis ego exinde chartula offertionis ut hic et apud eternum dominum requiem invenire valeam: deinde et ego per anc chartula a die presentis offero et trado vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio ipsa tractoria de vinum ut super legitur: et nec ego nec posteris meis qui ipsum castellum cummanum tenuerint nec nostris ordinatis querere illam non dedeamus nec querere faciamus vobis posterisque vestris aut in memorato vestro monasterio nec in memorata obedientia vestra per qualecumque mo-

An. 1044.

dum nec per summissas personas nec per nullam adinventam rationem aut per nullum humanum studium vel arvitrium a nunc et in perpetuis temporibus: set ut superius diximus a die presentis et usque in sempiternum sit a nobis vobis et per vos in eodem vestro monasterio eiusque vestre congregationis offertum et traditum in sempiternum: et neque a nobis memorato marino inclito comite memorati castri cummani neque a nostris posteris qui ipsum castellum tenueris nullo tempore numquam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio eiusque sancte vestre congregationis memorati vestri monasterii presentibus et futuris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: insuper promitto et atfirmo vobis ut si quavis personas vos aut posteris vestris aut memorato vestro menasterio vel ipsa vestra obedientia exinde quesierit per nos aut per nostris heredibus seum posteris qui ipsum comitatum ex ipsum castellum cummanum tenuerit: vobis posterisque vestris et in memorato vestro monasterio nos et posteris nostris eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus absque omni vestra damnietatem: nullam exinde dantes aut qualivet mittentes occansionem: quia ita nobis in omnibus vone volumtatis complacuit: Si quis autem ex nobis vel de posteris nostris aut de nostris ordinatibus vel alias quavis personas potens vel impotens quobis tempore contra anc chartula oblationis ut super legitur venire presumpserit per se aut per summissis personis vel ea vacuam aut irrita facere voluerit per quobis modum tunc sit ille innodatus sub vinculo anathematis trecentorum decem et octo patrum: abeatque partem cum iuda traditore domini nostri ihesu christi ut in diem iudicii ante commune iudicem sit damnandus: insuper componat in memorato monasterio auri libras duas bythianteos et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata duodecima indictione † hoc signum † manus memorato marino comite quod ego pro eum subscripsi †

† ego marinus filius domini aligerni testi subscripsi †

† ego sergius filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata duodecima indictione †

CCCLXXXIII.

† In nomine domini nostri iesu Christi. Secundo anno imperii domini Constantini monomachi mense magio duodecima indictione. Ego bisantius filius leonis de civitate vari praesentia bonorum testium subscribtorum. Combenit et michi et leo magistro barbano meo filio passiri ex ista civitate vari vendidi ei et tradidi per fustem medietatem de ipso agraliclo meo in quantum de illo modo habeo laboratum cum medietatem de lignamina et quod pro agraliclo ipso habeo paratum. Integram ipsam medietatem de ipso agraliclo et aliut quod pro eo habeo paratum ipsius leoni barbano meo et dedi et tradidi et recepi exinde ab illo pretium quatuordecim solidos aurei bonis constantinopolitani. Ita autem ut amodo ipso agraliclo sit inter me et ipsum barbanum meum et heredes nostris commune per medietatem. et quod ibi est adlaborare et facere et pro expendio mittere de commune causa illut demus et mittamus et faciamus et pariter illum conciemus et......... de commune expendio et missione et nec illis in eo querunt aliquid habere........... et non habeamus potestatem vendere istam et stornare nec contrare .... ordinem set defensemus illam eis ab omni debito et relegatione. et ab omnibus hominibus illam tollere aut contrare voluerimus vel qui eis de ea aliquid subtraere..... ..... securi inde semper maneamus ex omni parte. Unde et pro firmandum...... ordine bona mea voluntate ego qui supra bisantius guadiam ipsius barbani .... sui predictum leo genitorem meum. Etiam ut ego vel................ et vendere et defensemus illam eis sicut prelegitur et omnia...................... illis sicut legitur supra. Et si aliter illis facere et ad.............. vel per legem illos exinde miserimus per nos ipsos aut per nostros submissos per .... obligo me et meos heredes dare illi vel ad illius heredes pena pro fatigia viginti solidos .... alii viginti in damnico. Et stemus semper in istam venditionem et defensemus illam eis sicut superius legitur et omnia predicto faciamus et complemus illis in supradictis rationi in viis per...... ipsum praedictum medium vestrum qui ipsius barbani mei vel ad eius heredes tribuit licentiam se et suos heredes pignerare per omnia sua causa

An. 1044.

pignera legitima et illegitima quecumque illis ubicumque inbenire potuerint sine calumnia donec faciamus nos illis complere omnia predicta sicut legitur supra. Et hunc brebe scribsit Pandus diaconus et notarius qui interfuit

Ego Athananius

Ego Mel testis fui

γρ(αφω) ιδιοχειρος μαρτυρ υπεγραψα

CCCLXXXIV.

An. 1044. † In nomine domini nostri ihesu christi. domino constantino divina gratia imperatore augusto. deo propitius quarto anno Imperii *eius* sanctissimus noster imperator. Mense december tertia decima indictione : Ego petrus presbyter filius iohanni qui sum commorator in civitate monte corbino. Clerefacio quia habeo rebus stabile et mobile intus civitate monte corbino et infra finibus eiusque mihi pertinet per cartula venditionis quod apud me firmate reteneo. et in ipsa rebus mea quod habeo propinquo ipsa supradicta civitate monte corbino in parte orientali coniuncta in rebus beati andree apostoli. et in ipsa rebus habeo medietate de una ecclesia qui dedicata est in honore beati martini confessoris christi. cum medietate de ipsa curte de ipsa ecclesia et in ipsa curte habeo due case cluse et cooperte et ipsa alia rebus habeo propinquo eadem ecclesia et ipsa alia petia de terra que est propinquo rebus benedicti. et ipsa alia petia de terra quod habeo in ipse partibus ubi rivo mortuo dicitur et uno molino quod ibidem habeo cum aliis consortibus meis ut ipsi habeant tres sorti et ego duo. et ipse vinee quod habeo in ipse partibus ubi rivo merdaro dicitur. et una casa clusa et cooperta quod habeo intus civitatem monte corbino. et omnia quantumcumque habeo et in antea conquirere potuero diebus vite mee. congruum habeo offerire integra mea persona et cum iamdicta ecclesia et rebus simul cum ipse monimina in ecclesia beati petri apostoli quia cogitabi diem mortis et eterno iudicio. ne subito mihi mors adveniat. et absque locutionis linguae ex hac vita decedat. et absque mea dispositione ipsa rem meam possideat aliquid. et pro anima mea non exinde faciat. quapropter cogitabi de rebus mea concedere in vita mea ut non diiu-

dicata remaneat. Quia intellexi quod aistolfus rex in edicti pagine affixit. ut si quis langobardus per cartulam in sanitate aut egritutidine res sua ordinaverit. et dixerit ea habere per loca venerabilia. stabile debeat permanere. Idcirco convocabi domino faido iudice. et aliorum subscriptorum testium bona etenim mea voluntate. quam et per firmam stabilitatem ante eorum presentia congruum habeo offerire pro anima mea integra mea persona. et ipsa predicta aecclesia cum omnibus rebus substantiis meis simul cum ipse monimina. in aecclesia beati petri apostoli. que sita est in finibus apuliae infra pertinentia de civitas que dicitur civitate in casale que dicitur terre maieri ubi nunc deo auxiliante domino iohanne venerabilis abbas regimen tenere videtur. hoc est omnibus rebus substantiis meis. simul cum predicta aecclesia simul cum ipsis codicibus. idest due omelie. et uno liber comite. et uno antiphonario de nocte. et medietate de uno antiphonario de die. et uno ymnoario. et uno psalterio. et medietate de una campana cum casis. intrinsecus casis. casilis. curtis. et predicta aecclesia cum omnibus ordinibus suis. quod nunc habeo. et quod in antea adiuvante domino parare ut conquirere potuero. sive in civitatibus et castellis. vel foras. per casalibus. atque per singulis locis. et ubicumque mihi fuerit pertinentia intus civitate monte corbino quam a foris vineis. vinealis. terris. campis. silbis. aquis. pratis. pasqueis. arboribus fructiferis. vel infructiferis. de peculia maiore vel minore. de servis. vel ancillis. de panni linei vel lanei. de ferro et rame. de auro et argento. cum omnia integra mea offertione velut prelegitur dedi et tradidi tibi domino iohannes venerabili abbati. et erga te astante atque recipiente domino landolfo advocatore tuo et posteros vestros. asque omni contrarietate mea vel de meis heredibus aut cuiuslibet homini contradidi dedi et tradidi ad habendum et possidendum. et omnia exinde faciendum qualiter tua voluntas est. et de tuis posterioribus. Et quibus hanc offertione mea cartula obligo. me et meis heredibus. tibi domino iohanne venerabilis abbas et ad tuis successoribus que rectores sunt sancte huius aecclesiae. quod si nos vivente aut post obitum nostrum. sive per nos. seu de qualecumque de nostris heredibus. si illut removere vel retornare quesierimus. aut si nos ipsis ex eadem mea offertione causaverimus vobiscum aut cum vestris posterioribus, per qualiscumque modis vel ingenio. volendum et....... quod tollere vel minuare. seu de vestra subtraere potestate. et post hanc cartulam .... ostensa

et relecta fuerit. si amplius adversus prefati monasterii et ad eius rectores centum quinquaginta solidi aurei boni componere obligo me et meos heredes. tibi domino...... a pars predicte eiusdem aecclesiae et ad eius rectores eadem mea offertione velut prelegitur................omnibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere. Et deinde....... potestate in ipsa predicta sorte mea de ipsa iamdicta aecclesia beati martini confessoris christi............. annexum est. monachi et presbyteri ibidem ordinare. et ordine aecclesiasticum facere quomodo..... dominus adiuvaverit faciendi. oris. vel officiis. et campana seu pulsum ibidem sonare quomodo vultis. et quomodo vulti. et in eius pertinentiis corpora hominum sepelire. absque mea requisitione et de meis heredibus. Et insuper in hoc ponimus ut si quis ahsit fuerit homo. qui hanc nostra offertione irrita facere voluerit. ut habeat participatione cum anania et saffira que pretium apostoli retinuerunt hictu fulminis percussi sunt et cum dathan et abiron quos vivos terra absorbuit. similiter et qui adiutores et auxiliatores vobis existunt. ad surgendum nostra offertione et quietum tenendum habeat omnipotenti dei benedictione. quas omnibus iustis et electis a domino recipere meruerunt. Quod si defendere non potuerimus aut si vestre partis. aut de qualecumque rectores predicti monasterii. nostre...... pulsaveritis ut inde colludium fecissemus ad dei evangelia legibus nos ad rectores predicte aecclesiae satisfaciamus quod inde colludium non fecissemus. Postmodum autem demus ad partem predicte aecclesiae et ad eius rectores in eadem localitate dupla et meliorata mea offertione quod defendere non potuerimus. Una cum omnibus suis remeliorationibus. quod in qualibet pars apud rectores eiusdem monasterii remeliorata esse paruerit. qualis tunc fuerit quando illam defendere non potuerimus. ad partem predicte aecclesiae dare et restituere placidamus. Et si ita non adimpleverimus ad partem predicte aecclesiae pena supradicta componere obligamus. et hanc cartulam offertionis firmam et stabile permaneat. Quam te martinus. clericus et notarius. scribere rogavi actum in civitate monte corbino feliciter.

† ego qui supra faido iudex

† ego rainaldo signum cruci feci

CCCLXXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro constantino magno. Imperatore anno. tertio. die decima mensis magii indictione tertia decima neapoli. Certum est nos maria filia quondam An. 1045.

relicta. autem quondam martini langnise et petro qui nominatur langnise filium quondam stephani. et martinulo filio quondam leoni hoc est thiis et nepotes atque cognatis avitatoribus vero in loco qui vocatur pumilianu qui est foris arcora dudum aqueductus set ego memorata maria pro vice mea et pro vice quidem stephano cui super fusco adoptibo filio seu genero meo. et ego iamdicto martinulo. pro vice mea et pro vice fermusulo germano meo A presenti die promictimus tibi iohanni exadelfo germano et nepoti nostro filio quondam ursi langnise qui fuit germano et cognato et thio nostro. propter integra petia de terra nostra que quondam martino viro meo memorate marie et ego memorato petro et memorato leo genitori meo memorato martinulo comparaberunt da dominico filio quondam fermosi gallitula cum voluntate grima conius sua avitatoribus vero in memorato loco pumilianu cum intersicu suo ibidem coniunctum positum vero in loco qui vocatur ad sanctum paulinum ibi ipsum in memorato loco. una cum arboribus et introitum suum omnibusque eis pertinentibus qualiter in omnibus ipsa chartula videtur continere quatenus debeamus nos et heredes nostris ipsa petia ex ipsa terra cum iamdicto intersicum ibidem coniunctum qualiter in omnibus ipsa videtur continere tecum et cum tuis heredibus dividere debeamus in quartam parte tu et heredes tuis parte una et ego memorato petro et meis heredibus alia una parte. et ego memorata maria et iamdicto stephano adoptibo filio seu genero meo et nostris heredibus parte una in vice de memorato viro meo et ego memorato martinulo et ipse germano meo et nostris heredibus parte una exinde et ipsa portione tua qui te tuisque heredibus exinde tetigerit in tua tuisque heredibus sit potestate queque exinde facere volueritis a nobis autem nec a nostris heredibus non habeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis

temporibus et si quabis personas te aut heredes tuis exinde at querendum benerit per nos aut per nostris heredibus tunc nos et heredes nostris tibi tuisque heredibus eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione memorata vero cartula comparationis nos abemus et tibi tuisque heredibus omni tempore ostendere et monstrare debeamus ubique tibi tuisque heredibus necessa fuerit absque omni data occansione Quia ita nobis stetit. Si autem in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredes nostris tibi tuisque heredibus auri solidos sex bytianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memoratas nominatas personas pro vice sua et de memorato germano suo et de adoptibo filio seu genero suo ego qui memoratos pro ei subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini aligerni testi subscripsi †

† ego leo filius domini mastali testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCLXXXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro constantino magno imperatore anno tertio: die vicesima quinta mensis iunii indictione tertia decima neapoli: Certum est me marum honesta femina filia quondam domini nyceta: relicta posteriora quondam domini iohanni cognomento mannoccia: A presenti die eo quod tu vydelicet domino gregorio uterino germano meo michi dedistis et tradidistis chartulas et mobilias quas inferius nominatibas dicimus que tivi recomendata abuimus quod est in primis chartule vyginti duos: quinque ex eis sunt merissis de domos et hereditatibus seu hospitibus et de serbis et ancilli: sexta que mihi facta a memorato domino iohanne posteriori viro meo de duas pelliccias sericas et de omnes pannos meos: septima chartula quas iterum mihi fecerunt stephanus et anna germanis filiis domini iohanni mannoccia de auri solidos vyginti: hoctaba vero chartula securitatis de solareum de domo positum in porta nobense: quamque et de chartula de terris de paschariola: et alie due de terris de gualdum tertia decima chartula fecit maria christiana at iohanne viro suo: quarta decima Itaque chartula promissionis que fecit gregorio filio sillicti tiagaro ad aligerno germano suo: quinta decima namque chartula de fundoras de terris de loco casandri: et tres chartule qui sunt de famulas una at nomine maria et alia at nomine marum et ipsa tertia at nomine alferi venerabilis abbatis: nona decima chartula securitatis que posuit ille buccapictula ad illi caputi: seu et unum dispositum et alia una chartula de illi de aligernum fiolarium: vycesima secunda chartula in tumo scripta de illis terris de territorio nolano: et unu berbum sigillatum: et notitia de terris de loco gualdum: et de paschariola Iterumque dedistis et tradidistis michi et untum parium de pinnulis aureis pensanti auri solidos decem et septem de tari ana quatuor tari per solidum: et due pelliccie serice et una bullosa menata quamque et tres pelliccie et una camisa et unu bitaula at ferola seu et una limula da cincire: et quinque lene linee: et due plaione et unu pannu de bullosa subtilis et menata et faccietergia tres et unu circinaturum seu et unu billatu: et tres facciola: et unu blindone nec non et una fascia vona et una intomada culcitra: et unu comunicale:

An. 1045.

simul et unu facciolagrico. . . . . et unu capu de ingrucciclaturum : quem vero in omnibus memoratis ut super legitur tu memorato domino gregorio uterino germano meo michi memorata maru honesta femina illos dedistis et reddidistis et aput me illos abeo absque omni minuitate : Deinde et ego per anc chartulam promitto et atfirmo tivi quia nullatenus presumo ego aut heredibus meis neque abeamus licentiam aliquando tempore te vel tuis heredibus per quobis modum querere aut molestare de ipsum omnia et ex omnibus memoratis quas tivi recommendatos abuimus per nullum modum nullamque adinventam ratione nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus : Insuper et si quabis personas te aut tuis heredibus ex ipsum omnibus memoratis que tivi recommendatas abuimus quas michi dedistis et reddidistis ut super legitur per quobis modum quesierit tunc autem omni tempore ego et heredibus meis tivi tuisque heredibus persona illa exinde desuper tollere et tacitas facere debeamus asque omni tua tuisque heredibus qualivet damnietate nulla exinde tunc dantes aut mittentes occansione quia ita nobis stetit : Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut per summissas personas tunc compono ego et heredibus meis tivi tuisque heredibus auri solidos centum vythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorata maru honesta femina quod ego qui memoratos ab eius rogatus pro ea subscripsi †

† ego gregorius filius domini leoni testi subscripsi †

† Ego iohannes filius domini stephani : testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergi testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis : Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCLXXXVII.

† In nomine domini vicesimo octabo anno principatus salerni domini nostri guaimarii et octabo anno principatus eius capue et ducatus illius amalfi et syrrenty. et quarto anno principatus domini gisolfi eius filius et ducatus eorum apulie et calabrie gloriosis principibus et ducibus mense augusto quarta decima indictione Ego cotunio filius stephani quam et nos iohannes presbyter et petrus germani filii istius supradicti cotuni commorantibus in loco carbonaria palmense finibus dum congruum nobis fuit bona etenim nostra volumtate per hanc quoque videlicet cartam commune consensu venumdedimus tibi domino stephani venerabili abbati monasterii sancte dei genitricis et virginis marie que fundata esse videtur at illa spelea erga monte vesubeo quem dominus martinus venerabilis sacer et sanctissimus abbas a nobo construxit fundamine. idest una petia de terra rebus nostra quem pertinentem habemus in loco ubi dicitur at vicu sicuti esse videtur per hec finis. a meridie est finis de aliis hominibus de carbonaria. ab oriente et septentrione fine predicti sancti vestri monasterii. ab occiduo namque iterum fine iamdicti monasterii et exiet per finis de rebus de hominibus de illi curti. et iterum exiet per finem suprascripti monasterii et coniungitur in prioras fines. Hec vero pecia de terra qualiter per finis indicatum est totum et integrum tibi venumdedimus. et de predicta nostra venditione nec vobis nec cuicumque altari nullam exinde reserbabimus habendum potestate nec in quabis partibus dicimus exinde remanere qualibet sortione. set una cum inferius et superius et cum vice de viis et anditis suis et cum omnia intro se habentibus cum omnibusque suis pertinentiis integrum illut venumdedimus habendum et possidendam. unde per hanc chartulam venditione tibi confirmanda recepimus exinde a te ut una iumenta cum uno pollitro valiente quindecim solidi. in omne deliberatione quomodo inter nobis combenit. finitaque hec nostra venditione ea namque ratione ut integra suprascripta nostra venditione velut prelegitur habeatis et possideatis tu superius dictus dictus dominus stephanus venerabilis abbas tuosque posteros pars iamdicti monasterii faciatis exinde omnia quod volueritis sine omni contrarietate nostra et de nostris heredibus et sine cuiuscumque contradictione. Ex qua re promisimus

An. 1046.

et guadiam tibi dedimus et mediatorem tibi exinde posuimus incosi iaqninti de locum nola et pro ipsa eadem guadia per combenientia obligamus nos et nostros heredes tibi supradicti domini stephani venerabili abbati tuisque posteris in partibus predicti monasterii hec predicta nostra venditione qualiter superius legitur antistare et defendere ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Quod si minime vobis illut antistare et defendere potuerimus aut si nos ipsi per quobis ingenio hoc tornare vel remobere quesierimus tunc eadem combenientie ordine obligamus nos nostrosque heredes tibi tuisque posteris in partibus idem dicti vestri sancti monasterii componere quinquaginta auri solidos constantinianos et in antea exinde omni tempore atversus nos taciti et contenti maneamus et ut super legitur illut vobis defensemus. Et hec chartula ut super legitur semper *sit firma et stabilis* vobis permaneat. Quam te maio clericus et notarius scribere rogabimus

† ego iohannes presbyter

† ego rocci presbyter

CCCLXXXVIII.

An. 1048. † In nomine domini Tricesimo anno principatus. domini. nostri guaimarii. gloriosi principis. et nono anno ducatus. illius. amalfis. et octavo anno ducatus eius sirrenti. quam et sexto anno principatus. et *ipsorum ducatuum* domini gisulfi eius filii eximii principis. et *ducis. mense februario* prima Indictione. Ego paldulfus filius bone recordationis domini guaimarii. gloriosus princeps Clarefacio. quoniam mihi est pertinens abere rebus in locum palmam. nostram pertinentiam que est infra salernitane finibus. et est ipsa rebus cum arbustis vitatis. et holivetis. seu bacuum. que sunt petie quadtuor. Prima petia. est in locum. ubi propio rofanu dicitur. habent finis de uno latere fine bia que pergit. ad castellum nostrum. de ipsum locum *palma*. de alio latere. et de uno capite fine rebus monasterii sancte dei gynitricis. semperque virginis marie. que costructa. esse videtur. ad speluncam. que et super ercica. iusta montem besubeo. adque monasterio sancti *salbatoris*. quod constructum est in locum. qui dicitur ballum. Ultra flubio dragonario. de alio capite fine terra romani sclavi. Secunda petia ivique loco

rofano. abet finis de uno latere. et de uno capite. terra suprascripti monasterii. et de alio latere similiter terra suprascripti monasterii. et de alio capite. fine terra. ecclesie sancti martini. et pertanget in fine. terre ex dicti monasterii. Tertia petia est ubi dicitur: aceaba. et est per ee finis. de uno latere fine hia publica. et fine terra simeoni presbyteri. et pertanget ad fine de homines de carbonara. de alio latere fine terra domini caii. et pertanget in rebus de hominibus de liciniana: et de uno capite fine terra. de mannillam: de carbonara. et de alio capite. fine bia lauretana. Quarta petia est. ad campu da sancta salbatore. qui abet finis. de uno latere fine terra prefati monasterii. de alio latere fine terra de hominibus de carbonara. de uno capite. fine bia publica. de alio capite. fine terra luperisi et pertanget in fine. de terra de hominibus de toraciamum. Hec autem supradicte. quadtuor petie de terris. per supradictos fines. congruum est mihi qui supra paldulfus. commutationis hordine. dare et tradere. domino stephano. venerandus abbas. suprascripti monasterii. pro parte prefati monasterii. et Ideo sicut mihi congruum est bona mea voluntate. per hanc cartam coram presentiam. ademari comitis. et iudicis. dedi et tradidit tivi supradicto domino stefano abbate. commutationis hordine. inclite. supradicte quadtuor petie de terris. qualiter superius. dicte sunt: per supradictos fines. cum omnia intra ipse. quadtuor petie. abentes. subter. et super. omnibusque suis pertinentiis. et cum bice de vie sue. qualiter mihi sunt pertinentes. ipse quadtuor petie. de terra. sive per quadtuor cartule. que sunt continentes de ipse petie. sive pro parte puplica. aut per alium. quolivet modum. Quam et ipse quadtuor cartule ad defensionem. tivi predicto domino abbati dedi. Ea ratione. ut semper. tu qui supra dominus stefanus. abbas. et tuos successores. et pars suprascripti vestri monasterii integram. suprascripta meam traditione. abeatis. et de ea faciatis quicquit. volueritis. et propter confirmatione uius commutationis. per aliam cartam scriptam in civitatem neapolim. commutationis hordine subscepi a te. predictus dominus abbas. integram omnem. rem. pertinentem. supradicti vestri monasterii. in locum cabellara. salernitane finibus. cum casis. et curtis. et edificiis. et cum omnibus. intra eadem rem abentibus subter. et super. omnibusque suis pertinentiis. et cum bice de viis suis. Ea ratione. ut semper ego. et meos heredes. ipsam rem abeamus et faciamus de ea quicquit. vo-

luarimus sicut continet supradicta carta. que inde aput me a bestra parte firmatam retineo. et per convenientia. ego qui supra paldulfus. guadiam tivi domini abbati dedi et fideiussore tibi posui. iohannes adrianense. filio quondam constantini. qui dictus est. ioncatella. et per ipsam guadiam. obligo me predictus paldulfus. et meos heredes semper defendere. tivi qui supra domini abbati. et ad tuos successores. seu in pars suprascripti vestri monasterii. integram supradictam meum traditione. que vobis superius. commutationis hordine. tradidi. ab omnes homines. omnique partibus. et quando. tu. et tuos successores. seu pars suprascripti monasterii. per vos ipsis volueritis vice mea esse defensores de suprascripta. mea traditione. que tivi superius. tradidi. licentiam. et potestatem abeatis. qualiter volueritis. cum omnibus muniminibus. et rationibus. quas de ea hostendere volueritis. et si sicut superius legitur. ego qui supra paldulfus. et meos heredes. non adimpleverimus. tivi predicto domini stefani abbati. et ad tuos successores. seu. ad pars suprascripti vestri monasterii. et suprascripta vel exinde removere aut contradicere quesierimus. per quavis ingenium. seu per qualiscumque modis. vel minimum. arvitrium per ipsam guadiam. componere obligo me qui supra paldulfus. et meos heredes tivi predicti domini stefani abbati. et ad tuos successores. seu ad pars suprascripti vestri monasterii. trecentos aureos solidos constantinos. et compleamus vovis omnia in supradicta ratione. verumtamen oc memeramus. quia tu predictus dominus abbas dedisti mihi. omnes cartule. continente. de supradicta rem que superius commutationis hordine. a te suscepi. ad avendum ego et meos heredes ipse cartule. et faciendum inde omnia quod voluerimus. et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius.

† ego qui supra ademari iudex

CCCLXXXIX.

† In nomine domini. tricesimo anno principatus domini nostri guaimarii et nono anno ducatus eius amalfi et syrrenti. et sexto anno principatus domini gisolfi eius filius gloriosis principibus et ducibus mense aprilis prima indictione. Nos hi sumus ioannes filius domnandi. et petrus diaconus filius grimoaldi et iohannes germano meoque petri diaconi filii supradicti grimoaldi. et mauro affiliato et genero eidem grimoaldi. et grimo filio petri. et iohannis affilinti maraldi. et iohannis filius maraldi. nos omnes commorantibus de locum sarnu. clarefacimus nos pertinentem habere rebus in locum palma. et congruum nobis est exinde vendere una pecia. quod est castanietum in monte super casale carbonara ubi dicitur agrifolio. et ideo dum nobis congruum esse videtur bona etenim nostra voluntate ante presentia domini iohannis gastaldi alioque subscriptos testes per hanc quoque videlicet cartam venumdedimus atque at semper habendum confirmabimus et tradidimus tibi domino stephano venerabili sacerdoti et abbas monasterii sancte dei genitricis et virginis marie que fundata esse videtur at illa spelea sub monte vesubeo quem dominus martinus venerabilis et sanctissimus abbas a nobo construxit fundamine. idest integra ipsa pecia de terra quod est castanietum super iamdicto casale carbonara locum ubi dicitur agrifolio. sicuti esse videtur per hec finis ab orienta est fine predicti monasterii quem pertinentem habet a quodam symeone presbyter filius sparani. a meridie est fine de heredes saducti. ab occidente est fine de heredes boni. a septentrione est fine rebus de illi baccari. Hec vero pecia de terra qualiter est castanietum sicut per finis indicatum est totum et integrum illut tibi supradicto domino stephano venerabili sacerdoti et abbas venumdedimus. et de predicta nostra venditione nec vobis nec cuicumque alteri nulli exinde reserbabimus habendum potestate nec in quabis partibus dicimus exinde remanere quelibet sortione set una cum inferius et superius et superius et cum vice de viis anditis suis et cum omnia intro se habentibus cum omnibusque suis pertinentiis integrum illut tibi venumdedimus habendum et possidendum. Unde per ha nostra venditione tibi confirmanda recepimus exinde a te suprascripta pretium auri tari boni duodecim quo-

An. 1048.

modo inter nobis combenit. finitaque hec nostra venditione ea namque ratione ut integra suprascripta venditione velut prelegitur habeatis et possideatis tu superius dictus dominus stephanus venerabilis sacerdos et abbas et tuos posteros in vestra sit potestate avendum exinde pars iamdicti vestri monasterii et quod vobis placuerit sine contrarietate vel requesitione nostra et de nostris heredibus et sine cujuscumque contradictione. Ex qua re promisimus et guadiam tibi demus et mediatorem tibi exinde posuimus cicero filio grimi de toratzanu. et symeone presbyter. filio sparani de predicto loco carbonara et per ipsa eadem guadiam per combenientia obligamus nos et nostros heredes tibi tuisque posteris in partibus prephati monasterii hec predicta nostra venditione antistare et defendere ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Quod si minime vobis illut antistare et defendere potuerimus vel voluerimus aut si nos ipsi per qualbis ingenio hoc tornare vel remobere quesierimus tunc eadem combenientie ordine obligamus nos et nostros heredes tibi tuisque posteris in partibus iamdicti monasterii componere quinquaginta auri solidos constantinianos et in antea exinde omni tempore adversus pars iamdicti monasterii taciti et contenti maneamus et ut super legitur illut vos defensemus. Et quando per vos exinde vultis fieri autores et defensores firmam habeatis licentiam cum ista carta et cum quale alias rationes inde habere potueritis vice nostra exinde causare. et contendere et omnem definitionem inde facite sicuti nos facere debuissemus et predicta nostra venditione per vos ipsos defendere et securiter possidere. Et hec carta ut super legitur semper sit firma et stabilis vobis permaneat. Quam te maiu clericum et notaritum scribere rogahimus

✝ ego qui supra iohannes

✝ ego iohannes presbyter

CCCXC.

✝ In nomine domini Tricesimo anno principatus domini nostri guaimarii gloriosi principis. et decimo anno ducatus eius amalfi et syrrenti et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domini gisulfi eius filii eximii principis et ducis mense augusto prima indictione. Nos paldulfus germanus filius domini guaimarii invictissimus princeps et dux. et filius bone memorie domini guaimarii principis clarefacio quoniam mihi est pertinente abere rebus in locum palma. nostra pertinentia. que est infra salernitane finibus et ipsa res sunt petie quadtuor que sunt cum arbustis vitatis. et holibetis et vacuum. Prima petia est in locum ubi. propio. rofano dicitur. abet finis. de uno latere fine via. que pergit ad castellum. de ipso loco palma. de alio latere et de uno capite fine monasterii sancte dei genitricis semperque virginis marie que constructa esse videtur ad illam speluncam a super hercica. iusta monte besubeo adque monasterium sancti salvatoris quod constructum est in locum qui dicitur vallu ultra flubio dragonareo. de alio capite est fine terra romani sclavi. Secunda petia ibique loco rofano. abet fines de uno latere et de uno capite terra suprascripti monasterii et de alio latere finis iamdicti monasterii. et de alio capite finis ecclesie sancti martini et pertanget in fine. terre ex dicti monasterii. Tertia petia in ipso loco ibi dicitur adcaba. que est per ec fines da una parte fine.................... presbyteri. et pertangit ad finem de hominibus de carbonara de alia parte fine suprascripti domini nostri guaimarii et pertanget in fine de hominibus de liciniana. et de uno capite fine de mannilla de carbonaria.... et de alia parte fine via lauritana. Quarta petia in ipso loco ubi dicitur ad campum da sanctu salbatore qui abet finis de una parte fine suprascripti monasterii de alia parte fine de hominibus de carbonara de uno capite fine via pubblica de alia. parte fine luperisi et pertanget in fine de hominibus de toraczanum hec autem supradicte quadtuor petie de terris per supradictos fines congruum est mihi qui supra paldulfus commutationis hordine. dare et tradere domino stefano abbati supradicti monasterii pro parte prefati monasterii. et Ideo sicut mihi congrum est mea

An. 1048.

bona bona bolumtate per supradictorum gloriosorum principum et ducum cuius pertinet................coram presentia amati iudici quem supradicta gloriosa potestas missum suum inter nos *dirigendum* quam et ante subscriptos idoneos homines qui inter nos essendum convocavimus commutationis hordine tradidi tivi domino stefano venerabilis abbas inclite supradicte quadtuor petie de terris per supradictos fines cum omnia intra ipse quadtuor petie............. pertinentiis et cum vice de viis suis...... .... pars suprascripti vestri monasterii integram suprascriptam meam traditionem habeatis et de eas faciatis *omnia quod* volueritis. et propter confirmationem uius commutationis per hanc cartam per absolutionem supradicte gloriose potestatis ante ipsum amatum iudicem suscepi........ quadtuordecim chartule. que declarate sunt in ipsa carta que *habet* firmatam retinuerunt inclitas omnes rebus suprascripti vestri monasterii que est in locum caballara. finibus salerni. qualiter.......... continunt ipse quadtuordecim cartule. et quas et quantum. ad pars suprascripti vestri monasterii est pertinens per totas fines et pertinentias de ipsum locum cabellara. Integrum............. abbate commutationis hordine suscepi una tecum adesset advocator predicti vestri monasterii ea ratione ud semper ego qui supra paldulfus et meos heredes abeamus ipse quadtuordecim cartulas de inclitis supradictis rebus de ipsum locum cabellara. et cum omnibus intra ipsam rem........ pertinenti et cum vice de viis suis cum omnia quas continunt........exinde quicquid voluerimus. et per convenientia *guadiam* dedi ego qui supra paldulfus tibi predicto domino abbate et fideiussorem tibi posui guaiferius filius quondam gisulfi comitis. et pro ipsa guadia obligo me ego qui supra paldulfus et meos eredes semper defendere tivi et dicto domino abbati et at tuos successores et at pars predicti vestri monasterii inclitam supradictam meam traditionem................tradidi ab omnibus ominibus et partibus........................ monesterii per vos ipsos aut per se defensores esse volueritis................ et potestatem habeatis qualiter volueritis cum omnes..................... defendere volueritis Et si sicut superius legitur ego et meos heredes tivi predicto domino abbati et at tuos successores non adimplemus et suprascripta rebus exinde remobere aut contradicere quesierimus per ipsam guadiam compo-

nere obligo me supradictus paldulfus et meos eredes tivi supradicto domino abbati et ad tuos successores seu at pars suprascripti vestri monasterii trecentos auri solidos constantinos...........rogavimus te iohannes scribere

† ego qui supra amatus iudex

† ego romualdus notarius me subscripsi

† ego madelmo notarius me subscripsi

CCCXCI.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi dei eterni.............. An.
anno principatus domini paldolfi et duodecimo anno principatus domini pal- 1048.
dolfi eius filio gloriosis principibus ambo nostris mense september secunda indictione. Ideoque nos i sumus martino et sicone seu et cicino uterini germani et filii quondam siconi et abitatori sumus in liburie loco qui nominatur lussanu. A presenti die accepimus a te iohanni presbyteri filii quondam merchi abitator de suprascripto loco lussanu: oc est auri tari duodecim boni et bene pesanti de moneta per mediatori stefani de roggi. et meraldo filio larini ambo abitatori de suprascripto loco lussanum Tali tinore vos dimidiatis illos vobis vestrisque heredibus habere et detinere amodo et usque in quinque annis expletis unde et pro eorum exenium infiduciabimus tibi suprascripti iohanni humili presbyteri hoc est de terris que est posita in campum qui nominatur cazze que abet finis uno latere terra heredes cesarii picarelli neapolitani et stefani madelmi de decazano. et de alio latere terra tua qui supra iohanni presbyteri ex alio capite terra paldi germani iamdicti iohanni presbyteri et de alio capite bia publica. hec autem suprascripta petia de terra qualiter superius legitur de fine in fine indicata est una cum arbores et cum omnia ibi intro abentibus supter vel super et cum bia sua ibidem intrandum et exiendum cuncta set integras tibi qui supra iohanni presbyteri infiduciabimus eas tenendi et dominandi fruendi et commedendi. subtus et super et ipsum omni tempores vobis dominandi. complente bero suprascriptum constitutum quot sunt quinquem anni expleti tunc nos et heredibus nostris tivi qui supra iohanni presbyter et tuis heredibus seu cui chartas in manu paruerit de suprascripti tari duo-

decim et de re debeamus boni et bene pesanti de moneta que tunc andaberit. et suprascripta integra terra rebertantur potestatem plena vel mages ec teneret dum in hoc placito fuerimus nos et heredibus nostris ipsa terra tibi tuisque heredibus in omnibus antestare et defensare debeamus ab omnes homines ab omnique partibus a parte militiae et a partibus langobardorum. Tantum si in antea ipsi mari creaverimus ipsa terra in vestra siat potestatem usque in illum tempus quot ipsi tari vobis vestrisque heredibus retdamus. tantum quando illos bobis retdendum benerimus nos et heredibus nostris de propria causa nostra illos facere debeamus ut non habeamus illos vobis licentia prestare. aut vos pignum exinde supponere nec illa terra exinde infiduciare per nullum modum set de propria causa nostra illos facere debeamus et unde taliter obligamus qui supra martino et sicone et cicino toti germani et nostris heredibus tibi qui supra iohanni presbyteri et at tuis heredibus ut si suprascripta terra nobis non defensaberimus. et si non compleberimus vobis omnia per ipsum ordinem sicut superius legitur tunc nos et nostris heredibus bobis vestrisque heredibus de colludio legibus dare obligamus et componere bobis suprascriptum pretium in duplum et duplo. nam si nos et nostris heredibus contra hanc cartam de quibus continet benire presumpserimus et si non compleberimus et non fecerimus bobis vestrisque heredibus seu cui hec carta in manus paruerit suprascripta dupla bobis componamus et in antea omnia percombleamus in bitis. et hec carta infiduciationis ut superius legitur sit firma et taliter nos qui supra martino. et sicone et cicino qualiter nobis congruum fui ita fecimus te adelus presbyter et notarius scribere rogabimus in plebe sancti leorgii.

† Ego lupus presbyter et plebetanius :
† Ego stefanus presbyter
† Ego iohannes presbyter
† Ego petrus presbyter

ADNOTATIONES

IN TERTIUM VOLUMEN.

I.

MEMBRANA CLXXXIV. PAG. 4. V. 27.

Vox graeca δισορ licet lineola superposita careat, tamen est nota compendiaria nomen διστριβουτορ exprimens, scilicet supremae morientis tabulae executor.

II.

MEMBRANA CLXXXIX. PAG. 19. V. 1.

Praeter formulas divinae invocationis a cl. Mabillonio memoratas *(de re dipl. lib. 2. cap. V)* quibus tabelliones instrumenta incipiebant, haec alia agnoscenda est, nempe » *Christe fave* » quae primum occurrit in chartula anni 945 sub numero XLII, iam edita parte prima voluminis primi huius Operis; necnon formula » *Christe fave opitale domine nostre* » quae in documento anni 961 sub numero XCV reperitur, iam edito parte secunda voluminis primi, ubi vox *opitale* pro *opitulare* posita est.

III.

MEMBRANA CXC. PAG. 23. V. 12.

Verbum *tiappare*, quod heic sarrire significat, frustra in Ducangii lexico quaeritur.

IV.

MEMBRANA CXCI. PAG. 25. V. 7.

Ex hoc documento vides, chartulam affratationis fuisse instrumentum contractus emphiteuseos, quo dominium utile praedii alteri ita concedebatur, ut domino directo dimidium fructuum futurorum quotannis praestare teneretur.

V.

MEMBRANA CXCIII. PAG. 28. V. 14.

Regio marmorata a Monasterio Divi Potiti, quod olim erat ante palatium Principum Abellinatum, producebatur secundum longitudinem usque ad Monasterii S. Patritiae valvas post viam vulgo *dell' Anticaglia* dictam positi. Vide sis Tutinium *(De' Seggi di Napoli, pag. 26)*.

VI.

MEMBRANA CXCIV. PAG. 32. V. 10.

Mons berine est mons vernus, quem nunc montem S. Crucis vocant, in ea Calatiae parte situs, quae septentrionem respicit. In huius crepidine montis Landulphus IV Landenulphi pater Monasterium a S. Cruce nuncupatum extruxit, ut colligitur ex diplomate, quod sub numero CCIII. editum reperitur. Nec vero mirum videatur, si Landulphus Calatiae inter Tifata et Vulturnum positae Monasterium aedificaverit, namque ea tempestate Calatia intra Capuani Comitatus ambitum erat. Vide Nicolaum de Simone *(Super statutis municipalibus Calatiae observationes, pag. 21 et 24)*.

IBIDEM V. 16.

Haec lex a Rothario Longobardorum Rege lata » *nempe filius bibo patre de rebus suis per nullum titulum dare aut alienare licead: excepto si habuerit filios legitimos aut naturales, ut ipsi ei secundum legem conserbet* » a cl. Muratorio *(Script. rerum Italic. tom. I. p. II. pag. 28)* his verbis concepta refertur » *item sicut nec patribus licitum est sine iusta causa, aut culpa filios suos exhaeredare, ita nec filiis liceat vivo patre cuicumque res suas thingare, aut per quodlibet ingenium alienare, nisi filios forte, aut filias legitimas, aut filios naturales reliquerit, ut ipsis secundum legem conservet* ».

Quadrat autem haec lex iuri Romano, ut liquet ex lib. 29 § qui testam. facer. poss. tit. 6, et ex lib. II. Instit. tit. XVIII. de in. test.

VII.

MEMBRANA CXCVII. PAG. 41. V. 11.

Quum ex hoc documento apertissime intelligatur Ecclesiam ad Monasterium Ss. Marcellini et Petri puellarum Dei pertinentem, quae Neapoli posita erat in loco, qui dicebatur *patricciana*, in Regione Portanovensi, Divo Renato sacram fuisse; sequitur prorsus errasse Engenium *(Nap. ac. p. 555)* Tutinium *(De' Seggi di Nap. p. 33)* et Petrum de Stefano *(Descriz. de' luoghi sacri della Città di Napoli)* qui asseruerunt hanc Ecclesiam S. Donato Aretinae Ecclesiae Episcopo et Martyri fuisse dicatam.

VIII.

MEMBRANA CC. PAG. 51. V. 8.

Panni utreccii nomine intelligitur pannus *Utrecht* civitate Flandriae confectus.

IBIDEM V. 8.

Sindon de Altare significare nobis videtur linteum, quo Altaria tegebantur, siquidem Optatus Milevitanus libro VI adversus Parmenam tanquam morem ubique receptum memorat, quod Altaria linteis operirentur; sic enim ait: *Quis fidelium nescit, in peragendis mysteriis ipsa ligna linteamine cooperiri?*

IBIDEM V. 15.

Vocabulum *serolella*, quod in Ducangii lexico minime reperitur, erat situla in qua aqua benedicta reponebatur.

IBIDEM V. 10.

Vox *antiscum*, quae in glossariis medii aevii non occurrit, a verbo graeco ἀνθίζω *floreo* derivata videtur. Quare cum florem denotet, facile intelliguntur verba, quae in hoc diplomate leguntur, nempe *mappula cum tres Cruces in medio de antiscum plumatum*. Haec enim significant umbellam tribus Crucibus in medio exornatam, necnon floribus purpureis decoratam.

IX.

MEMBRANA CCIII. PAG. 57. V. 3.

Stephanus hic, qui Episcopali diplomate Ecclesiam et Monasterium S. Crucis a Landulpho IV Capuae Principe exaedificatum ab Episcopi Calatensis auctoritate ac iurisdictione exemit, est Divus Stephanus, qui Ecclesiam Calatensem anno 978 insedit.

IBIDEM V. 5.

Decretum Canonicum, quod in hoc documento citatur, constituit anno 451. Oecumenica Synodus Chalcedonensis canone IV, ubi legitur: *neminem praeterea posse aut aedificare, aut construere Monasteria, aut Oratorii domum sine conscientia ipsius Civitatis Episcopi.*

X.

MEMBRANA CCV. PAG. 61. V. 4.

Notis chronologicis, quas hoc nostrum meminit instrumentum, annus Principatus Landenolfi non quintus, quem hic adscriptum legimus, sed quartus respondet. Indeque vel eius, qui instrumentum scripsit, errore factum; vel postea aliena fortasse manu litteras, ex quibus vox *quintus* conflatur, vitiatas esse fatendum.

XI.

MEMBRANA CCX. PAG. 83. V. 28.

Si notarum tantum chronologicarum, quae in calce huius membranae extant, ratio foret habenda, istud Diploma scriptum fuisse dicendum *anno dominice Incarnationis nongentesimo sexto. et quinto anno principatus eius* (Landenolfi) *mense iulio. prima indictione.* At vero hoc in anno et Atenolfus cum Landolfo imperabat, et annus erat sextus Principatus eorumdem, ac demum stabat nona Indictio. Etsi vero ab re minime foret paululum de fide, ac veritate huius Diplomatis addubitare, praesertim cum animum adjunxerimus ad aliquot voces heic passim occurrentes, quas utique vitiatas cernimus, videlicet: *Laurenti Levite martiris....... medium montem..... predicte gloriose;* tamen, cum per ea potissimum tempora, quibus nondum hae nostrae regiones Regnum evaserant, perexiguus membranarum numerus ad nos usque pervenerit, harum omnes omnino, quacumque ipsae firmitate pollerent, hic fore edendas duximus. At cum oportuisset locum aliquem in hac chartarum συλλογῇ huic nostrae membranae assignare, nos

primam tantummodo indictionem sequuti et mensem iulium, quas notas chronologicas hic appositas legimus, membranam ipsam ad annum 988 amandavimus.

XII.

MEMBRANA CCXLII. PAG. 149 ad 151. V. 17 e 18.

Triplex extat sententia de huius Ecclesiae ortu. Quidam putant ex voto trium graecarum monialium fuisse aedificatam, postquam magnum pelagi periculum effugissent, atque nomen Albinae, quo una ex eisdem donata fuerat, quae Monasterii abatissa evasit, ei fuisse impositum. Alii vero, inter quos scriptor annalium Episcoporum neapolitanorum, opinantur Euphrasiam uxorem Theophili vel Theophilacti Ducis Neapolis hanc Ecclesiam cum Coenobio, cuius fuit antistita, in regione Albinensi construxisse. Alii denique existimant a quodam viro, Albini nomine, qui turrim aedificavit in eodem loco appellationem sibi adscivisse. Quod probabilius videtur; nam ea tempestate regiones familiarum nominibus appellari consueverunt. *(V. Eugenium vol. I. pag. 499, Sigismundum tom. II. pag. 215. et seqq. Carlettium, et de Stephano pag. 173.)*

IBIDEM V. 19 e 20.

De duobus Ecclesiis ita nuncupatis plura in nostris scriptoribus invenimus. Et re vera quod attinet ad S. Mariam vulgo dictam *a Cappella nuova*, constat Cardinalem Buoncompagno neapolitanum Archiepiscopum, atque eiusdem Ecclesiae abbatem Commendatarium partim suis impensis, partim stipe a Neapolitanis conlata eius primum fundamenta jecisse, atque opera Petri de Marino architecti usum fuisse. Quod opus complevit Pro-rex Comes de Ognatte anno 1651.

Quod vero ad S. Mariae vulgo dictae *a Cappella vecchia* fundamen pertinet, de qua procul dubio nostra membrana loquitur, nil quicquam certi adhuc novimus: at ubi nunc ipsamet Ecclesia iacet, vetustissimis temporibus praeclarum Mithrae antrum caput extollebat, inde Serapidis templum fuit, cuius usque ad nostrum aevum ab eiusdem Ecclesiae postica parte sacrae reliquiae vivunt. Verum postquam ei Monasterium additum fuit, illuc primum Basiliani, dein Benedictini, postea Olivetani patres, denique Socropolis Bononiae canonici regulares convenere.

Hisce rationibus fidem adstruit Eugenius, qui ordinum religiosorum successionem, quam attigi, documinum auxilio tuetur, quorum primum annum 1134 signat, quo edocemur Monanasterium S. Anastasii et Basilii in hanc Ecclesiam S. Mariae *a Cappella* translatum fuisse.

IBIDEM V. 29.

De pristina huius Ecclesiae origine nihil certi patet. Accepimus autem a Chronico Cassinensi post lapsum temporis primum religiosos S. Benedicti eam occupasse, inde Coenobitas ordinis S. Basilii, dein anno 1185 sub iure commendae collatam, denique anno 1580 Patribus So-

maschis commissam fuisse. Hi vero proprie dicuntur clerici regulares S. Maiuli Papiensis, aut Sodalitatis Somaschae ex regione huius nomine prope Bergamum, cuius priorum aedium Divus Hieronymus Aemilianus Venetus fundamenta iecit. *(V. Chron. Cassin. lib. 3. c. 19. Eugenium vol. I. fol. 255. Sigismundum tom. II. pag. 213 et 14, et Carlettium.)*

XIII.

MEMBRANA CCXLVI. PAG. 159. V. 2.

Praesens diploma ex Archivo Monasterii antiquissimi Ss. Severini et Sossii depromptum edidit Muratorius *(Antiq. M. Ae. t. I. Dis. V. pag. 196)*, et anno MXI conditum autumavit, chronologicis ejusdem notis non ea quidem sagacitate expensis, qua sese omnibus probavit idem diligentissimus veterum monumentorum vestigator. Ejus error inde potissimum manavit, quod cum Pagio, Assemannio, aliisque scriptoribus annos Basilii Imperatoris supputavit ab anno 967, cujusmodi epocham falsam omnino habendam esse testantur tum Alexander de Meo *(App. Cronol. pag. 58.)* tum omnes hujusce, et superioris voluminis membranae sub eodem Imperatore Neapoli conscriptae, in quibus universis nulla sane discrepantia ab anno 960 numerantur ejusdem Principis anni. Quonam autem mense, et die fuerit ipse consalutatus Imperator, mox patefaciet adnotatio nostra ad membranam CCLX.

Cum vero Muratorius ad annum MXI nostrum hoc diploma amandamet, factum est, ut Sergium ejusdem diplomatis conditorem non alterum fuisse ab eo Sergio, cujus meminit Leonis Ostiensis Chronicon, et anno quoque MLXV. Neapoli imperitasse perperam judicarit. Sergius enim, ad quem praesens diploma pertinet, *anno XXIV sui regiminis* (quod anno 982 susceperat) *diem clausit extremum. Rexit annos XXIII menses VIII dies XII, cui successit anno 1006 Sergius filius Beroaldi nepotis mortui Ducis Sergii*, uti memoriae prodidit Ubaldus, cujus de Neapolitanis Ducibus Chronicon praeclarissimus ille italicarum antiquitatum scriptor consulere haud potuit, cum ipsum nonnisi post hujus obitum innotuerit, et neapolitani ducatus historias ante hac spissa admodum caligine obvolutae plurimam lucem attulerit.

IBIDEM V. 9.

Pratillus in dissertatione de Liburia, seu Ducatu Neapolitano *(Hist. Princ. Long. Pellegrini t. 3. pag. 252)*, et complures alii nostrates scriptores cum de ejusdem Liburiae finibus sermonem habuerunt, huiusce diplomatis, quod cum Muratorio existimarunt conscriptum anno MXI. auctoritate usi sunt, ut ostenderent Ducum Neapolitanorum ditionem occidentem versus usque ad medium lacum patriensem fuisse productam; hos vero fines Pratillus ratus est constitutos ea tempestate, qua inter Athanasium Episcopum ac Ducem Neapolitanum, et Athenulphum Capuae Principem bellum resedit, abeunte scilicet saeculo IX. Sed huic Pratilli opinationi nullo modo adstipulari videntur nonnulla monumenta, quae nos heic commemoranda duximus.

Primum quidem a nobis heic pagina 65 editum est diploma anni 986, Capuae conscriptum, ubi inter alia haec occurrunt: *justa aqua de laco nostro, que dicitur patriense.* Et mox: *ut licentia et potestatem habeant ipsa duos lontres in ipso lago de patria piscare in tota ipsa aqua.* Apud Muraterium vero *(Rer. Ital. Script. t. I. P. II. pag. 445)* extat diploma anni circiter 962, quo Landulphus, ac Pandulphus Principes Capuani Paulo Abbati et Monachis S. Vincentii ad Vulturnum facultatem concesserunt piscandi in lacu patriensi hisce verbis: *ut pars praefati monasterii semper quando voluerint potestatem et licentiam habeant mittere ad piscandum in lacum patriensem paraturam unam cum duobus lontris et quatuor hominibus ad piscandum.* Ex utroque igitur hoc diplomate non liquet dimidium tantum lacus patriensis ad Capuanum Principatum per ea tempora pertinuisse, contra vero argui posset totum ipsum lacum Capuae Principibus fuisse subditum. Idem hoc conjici posse nobis videtur ex altero diplomate anni 948 allato ab eodem Muraterio *(o. c. pag. 446).* Ibi enim Marinus Dux Neapolitanus eidem Monasterio S. Vincentii ad Vulturnum elargitus est *ecclesiam sitam in Liburia loco Pantano cum integro ipso Gualdo*, scilicet in vicinia lacus patriensis. Iam vero si tunc temporis ejusdem lacus dimidium ad Ducatum Neapolitanum spectasset, nonne Monachi a Duce Marino flagitassent, ut ipsis impertiret simul cum reliquis privilegiis, et immunitatibus memorato diplomate concessis eam facultatem piscandi in ipso lacu, quam XIV post annos a Capuanis Principibus obtinuerunt?

Ex omnibus his animadversionibus censemus non posse procul dubio adfirmari, a saeculi IX exitu ad annum 998 ad quem praesens diploma pertinet, inter Neapolitanam Capuanamque ditionem finem semper fuisse medium lacum patriensem.

XIV.

MEMBRANA CCL. PAG. 168. V. 14.

Archiepiscopum hunc nuncupari Hybaldum in Chronico S. Vincentii de Vulturno, Gislebardum in catalogo Patrum, qui Romano Concilio interfuerunt, et Gisebardum nonnullis in codicibus ait Ughellius *(Ital. Sac. t. VI. col. 322).* Codices quidem praeseferre vero propius ejus nomen e praesenti membrana eruitur. Quapropter notandus videtur Granata auctor operis inscripti *Sanctuario Capuano*, qui *(tom. I. pag. 129)* in Archipraesulum Capuanorum serie Gisembardum hunc nomine tantum Hybaldi rettulit.

IBIDEM V. 16.

Ughellius diplomatis hujusce mentionem habet *(Ital. Sac. t. VI. col. 320)* et Monasterium S. Laurentii Aversae ab Aloara, et Landenulpho conditum, praesentique diplomate ab archiepiscopali jurisdictione exemptum fuisse edicit. Miramur profecto scriptorem hunc Monasterium Capuanum ab Aversano non distinxisse. Secundum enim horum Coenobiorum anno 986

nondum extabat, cum vulgatissima res sit Aversam exaedificatam fuisse a Nortmannis anno MXXX, quo Sergius Dux Neapolitanus Atellanum agrum Rainulfo eorumdem advenarum Duci donavit. Capuanum quidem Coenobium dein excisum est, et quae ad ipsum spectabant, in Aversanum Coenobium commigrarunt, prout e Benedectinis Mabillonii Annalibus ad annum 1099 spectantibus elucet; verum superiori aevo non unum idemque Monasterium fuerunt.

XV.

MEMBRANA CCLX. PAG. 193. V. 3.

Alexander de Meo *(op. cit. pag. 63)* e chronologicis notis chartularum, quae ab eo consuli potuerunt, conjecit Basilium Imperatorem coronatum fuisse medio Augusti mense, anno 960, ac inde supputari coeptos dominationis ejusdem annos. Nobis vero initum ab eo fuisse imperium postremo ejusdem mensis die palam faciunt notae chronologicae tum praesentis membranae, tum alterius, quam in secunda prioris voluminis parte pagina 258 edidimus. Cum enim in praesenti chartula condita die primo Septembris anni 999 occurrat annus XL Basilii, in altera vero exarata die XXX mensis Augusti anno 978 deprehendatur annus XVIII ejusdem Imperatoris, cuinam supputationem diligenter ineunti non liquet eum Principem sub Augusti mensis exitum fuisse coronatum? Id profecto noster de Meo singulari illa solertia, et accuratione, qua chronologicas membranarum notas excussit, ac invicem comparavit, jampridem facile explorasset, si nostra haec monumenta universa inspicere potuisset.

ERRATA.		CORRIGE.
Pag. 54. v. 2.	quinto.	sexto.
Pag. 58. v. penultimo.	Archiepiscopatu	Episcopatu.
Pag. 59.	Hoc diploma praeponendum erat membranae CCLVII. pag. 184 editae.	
Pag. 61. v. 4.	sexto.	quinto.
Pag. 142. v. 9.	Dacuram aut vindicuram.	Daturam aut vindituram.
Pag. 159. in margine	an. 997.	an. 998.
Pag. 170.	Haec membrana praevertere debebat chartulam CCLI. pag. 163. editam.	

ADNOTATIONES

IN QUARTUM VOLUMEN.

I.

MEMBRANA CCIV. PAG. 109.

In hac membrana Notarius non primam, sed decimam quintam indictionem scribere debebat.

II.

MEMBRANA CCLXVII. PAG. 11.

Anno 1092 exscriptum fuisse hoc apographum testantur Graecorum Imperatorum anni a Primario et Tabulario in eius calce supputati. Uterque tamen indictionem primam perperam notavit. Nam mense aprili anni 1092 adhuc recensebatur indictio XV, nec opinari recte possumus huiusce apographi conditores usos esse romana indictione, quum non alia quam constantinopolitana apud nos medio aevo fuerit usurpata, ut ait Alexander de Meo *(App. Cron. p. 18)*, cuius sententiae caetera nostra haec singula monumenta omnino suffragantur.

III.

MEMBRANA CCLXVIII. PAG. 14. V. 2.

Chartulae huius, et alterius, quae deinceps exhibetur sub numero CCLXXIV. pag. 27., notae chronologicae non dissident ab iis, quae occurrunt in monumento apud Blasium (*Series Princ. Salern.*), ac propterea confirmant Guaimarium mense Februario anni 919 Principatui sociatum fuisse a parente suo Ioanne II., nec falsum esse Salernitanum Annalistam, qui anno 988 numerato ex methodo florentina, ideoque supputando pro communi anno 989 *Guaimarium* inquit *factum esse Principem a patre suo, defuncto Widone IX die stante mensis Augusti.*

IV.

MEMBRANA CCLXXIX. PAG. 39.

In calce membranae, qua praesens diploma langobardico charactere exaratum fuit, duplex occurrit mentio, unde liquet ipsum semel atque iterum fuisse allatum coram Iudicibus, nimirum in Curia Magni Iustitiarii (anni mentio praetermissa ibidem est), et in Curia Cappellani Maioris anno 1790. Quamobrem cum inter earumdem Curiarum chartulas, quae in magno hoc Archivo adservantur, quaesissemus acta ad Abbatiam S. Petri de Planisi spectantia, ea, quae sese nobis obtulere, nihil aliud e re nostra dignum notatu prodiderunt, quam sententiam a Cappellani Maioris Curia in haec verba latam:

CUR. CAP. MAJ.

» In causa redindegrationis Regii Patronatus in Abbatiam, sive antiquum Monasterium S. Petri » in Planitie Beneventanae Dioecesis.

» Anno 1783. Regi optimo denunciatum fuit, Abbatiam, sive antiquum Monasterium S. Petri » in Planitie, in Dioecesi Beneventana positum, esse Regii Patronatus, ac proinde Regiae Coronae » oportere redintegrari. Curiae igitur in mandatis datum, ut audito Coronae Advocato, nec non » iurium Principis delatore, rite de tota controversia judicaret. Nunciata actione per citationes » edicto expeditas omnibus, quorum interesse posset, incusatisque de more contumaciis, judicio » nullus adfuit, praeter Universitatem Terrae S. Eliae, quae se judicio sistere studuit, asserens » ad ipsam potius, quam ad Regem Ius Patronatus in Abbatiam pertinere. Exactoque termino, » pro recepto judiciorum ordine, probationibus praestituto, Curia examen instituit monumentorum, » quae a delatore fuerunt allegata.

» Exhibitum est primo diploma scriptum in Castello Planisii anno Incarnationis Dominicae 1008 » mense Iunio, indict. XI, in quo haec habentur. » *Ego Sanequala Dominus Planisii, qui sum*

» *ex gente Normannorum, quadam die cum residerem intus in praefato Castello meo Planisii, et cogitare cepissem diem mortis, et aeternum judicium, et qualiter impii et peccatores cruciabuntur in inferno, et quomodo iusti fulgebunt in Regno Coelorum, et consilio accepto a Viris Religiosis, quod nihil melius esset ad acquirendam vitam aeternam, quam si aliquis pro remedio animae suae de rebus suis Sanctae Ecclesiae dederit. Quod vero consilium ego videns congruum et animae meae salutiferum, declaro me habere quandam Terram, quae est vicina Ecclesiae B. Petri: pro remedio animae meae, et omnium parentum meorum congruum est ipsam Terram offerre in Ven. Monasterio S. Petri, quod fundatum est prope jam dicto Castello Planisii: totam et integram supradictam Terram offero, concedo, trado, et assigno in praedicto Monasterio S. Petri in manibus Domini Alberti Ven. Abbatis in praesentia Boni Hominis Iudicis, et Goffredi, et Guilelmi, et aliorum subscriptorum testium per hanc videlicet cartulam juxta legem tradidi, et assignavi, quae quidem Terra circumdata est per hos fines* ». Post haec descripti fuerunt praedictae Terrae fines latissime quidem patentes, utpote circumscribentes plusquam modiorum terrae quatuor millia, quae nunc etiam sunt penes Abbatiam S. Petri de Planitie; hisque praenarratis, additum fuit in Diplomate. » *Praedictam vero Terram, sicut praelegitur totam et integram cum legitimo transitu et exitu suo, cum viis, et andiis suis, cum sylvis et lignis, cum petris et aquis, cum herbis et pascuis, cum culto et inculto, et cum omnibus infra se habentibus, liberam et absolutam, et sine retentu aliquo in praedicto Monasterio assignavi ad habendum et possidendum in perpetuum, et ad faciendum de ea quicquid facere voluerint Rectores praedicti monasterii sine contrarietate mea, et heredum meorum* ».

» Quod vero temere asseritur in exceptione proposita per Universitatem S. Eliae, allegatum scilicet Diploma apocryphum praesumi oportere, id geminatis judiciis Peritorum rei Diplomaticae, omnino videtur explosum, cum hi pariformiter circa Diplomatis ingenuitatem convenerint, etiam post provocationem Universitatis a primo eorum judicio. Id etiam evincitur ex eo quod in calce ejusdem Diplomatis legitur scriptum characteribus Saeculi XV. » *Praesentata apud acta Magnae Curiae Domini Magni Iusticiarii Regni Siciliae per Notarium Lucam de Montorio de Neapoli procuratorem procuratorio nomine et pro parte Abbatis Ecclesiae S. Petri de Planisio die penultima Januarii VII. Indictionis Neapoli.* » Id vero apprime congruit cum Instrumento de anno 1444, de quo mox sermo erit, cuius fides indubia est, et extra omnem Universitatis contentionem.

» Nimirum exhibitum est quoque memoratum instrumentum confectum anno Nativit. Dom. 1444 die tertia mensis Augusti septima Indictione. Inde apparet, tunc temporis Monasterium S. Petri de Planitie expoliatum fuisse Fortellitio sive *Castro* S. Benedicti, et toto territorio adjacente per Petrum Bucca Planula, atque ea de re Ven. Nicolaum de Sancto Elia Abbatem dicti Monasterii per Procuratorem Notarium Lucam de Montorio adiisse Magnam Curiam Vicariae, ut redintegraretur in possessionem, sibi ereptam. Liquet eundem exposuisse antiquissimam Fortellitii et Territorii possessionem quod ita descripsit. » *Situm est in pertinentiis Comitatus*

» *Molisii, ubi dicitur S. Benedicto intus et infra Territorium ipsius Ecclesiae Domini Abbatis subscriptis finibus limitatum, et circumdatum* » neque alios descripsisse fines, nisi » qui in superius allegato Diplomate continebantur. Liquet etiam ad iudicium vocatum fuisse Petrum Bucca Planula occupatorem, eoque audito per Procuratorem Notarium Anellum Gayetanum, » statuto insuper termino probationibus, testibus auditis, perspectis documentis exhibitis, ac re » plane cognita, latam fuisse per Magnam Curiam his verbis sententiam sub die vigesima quarta » mensis Martii anni 1444 Indictione VII. » *Pronunciamus, sententiamus, et declaramus, ac* » *sententialiter condemnamus praefatum Notarium Anellum Procuratorem dicti Petri, et* » *ipsum Petrum ad dandum, tradendum, solvendum, et assignandum eidem Notario Lucae* » *Procuratori Domini Fratris Nicolai Abbatis dicti S. Petri dictum Fortellitium cum dicto* » *Territorio in dicto libello contento, et possessionem ipsius* ». Denique apparet, transacta » sententia in rem judicatam, executioni fuisse demandatam, et manu Curiae restitutam fuisse » Monasterio Territorii et Fortellitii possessionem, atque de his omnibus confectum fuisse publicum instrumentum eodem anno 1444 die 3 mensis Augusti, septima Indictione.

» Insuper allegatae sunt Regiae litterae Caroli primi Andegavensis ad Iustitiarium Comitatus » Molisii de anno 1273 in quibus haec habentur. » *Ex parte Religiosorum Virorum Conventus* » *Monasterii S. Petri de Planisio devotorum nostrorum nobis fuit expositum cum querela,* » *quod Iohannes de Nostella Dominus Planisii eundem Conventum, et Procuratorem eiusdem Monasterii super Casale S. Benedicti, quod dictum Monasterium tenet et possidet,* » *necnon super quibusdam juribus ipsius Monasterii, ac Foro, seu Mercato, quod singulis* » *annis juxta praedictam Ecclesiam fit, contra justitiam perturbat multipliciter et molestat,* » *in dicti Monasterii praejudicium, et gravamen: propter quod nobis humiliter supplicaverunt, ut provideri sibi super hoc de benignitate Regia dignaremur* ». Qua petitione visa, » Iustitiario mandatum fuit, quod partibus convocatis, et rei veritate cognita, Regis nomine Ioanni » de Nostella injungeret, » *ut praenominatum Procuratorem et Conventum super praedictis auctoritate propria, et contra juris ordinem non perturbet de cetero aliquatenus, nec molestet* ».

» Demum exhibita fuit Plathea sive Inventarium rite confectum anno 1713 bonorum in praesenti possessorum per Abbates S. Petri de Planitie. In eo vero inter cetera bona describitur. - » *Il Feudo di S. Pietro di Pianise sta situato verso la parte settentrionale passi 500 in* » *circa distante da Sant' Elia, ed è di capacità di tomola quattromila novecento, misure* » *quindici e passi 24, come dalla misura fatta dall' Agrimensore Andrea Pascuccio ec.* » Describuntur inde Feudi fines, qui nominibus quibusdam in temporis cursu mutatis, conveniunt » cum finibus in prima concessione enunciatis.

» His praecognitis, facile Curia accessit ad ferendum de controverso Patronatu judicium. Nimirum Monasterium S. Petri de Planitie iamdiu dissolutum dotationem acceptam referre debuit » uni ex Principibus de Normannorum genere, qui tunc temporis in huius Regni Provinciis summum exercebant imperium. Eius opera satis amplum Territorium dotis nomine traditum Monasterio delibatum fuit ex majori Feudo Planisii, ac proinde constitutum ex bonis ipsius Prin-

» cipatus. Ex jam dictis apparuit; huiusmodi dotationem constitisse saeculo XIII. quo Carolus Primus » Andegavensis Monachos et Monasterium S. Petri de Planitie exemit a molestiis et turbationibus sibi » illatis per Ioannem Nostella Dominum Planisii, quoad possessionem Casalis S. Benedicti in eo ter- » ritorio comprehensi; quod nunc etiam *Santo Venditto* vocitatur: constitisse etiam saeculo XV, » quo per Magnam Curiam Vicariae contradicto judicio restituta fuit Abbati praedicti Monasterii » possessio Fortellitii et Territorii juxta fines eosdem, qui in prima concessione fuerunt descripti, » ac constare etiam in praesenti; quamvis ob dissolutionem Monasterii, et cessationem conventua- » litatis jamdiu secutam, a Curia Romana per potestatis abusum Abbatia concessa fuit Abbatibus » Commendatariis, qui reditus eiusdem deglutirent.

» Ea quidem omnia de Regio Patronato in Abbatiam S. Petri de Planisio ambigi non sinunt. » Patronatus enim a Normanno Principe quaesitus iure Patronatus ob Monasterii dotationem per suc- » cessionem pervenit ad Serenissimum Regem, in quem omnia Principatus jura fuerunt translata. » Translatitium vero est, per dotationem Ecclesiae jus patronatus in Ecclesiam acquiri, tam si Civile » jus, quam si Pontificium inspicias. Immo si praeallegata monumenta concessionis deficerent, qua- » litas ipsa bonorum dotalitiorum Monasterii satis evinceret, illud ad Regium pertinuisse Patrona- » tum, nam Castrum, Fortellitium, et territorium feudalis naturae, et a majori feudo decerptum, » non ab aliis proficisci potuerunt, nisi ab iis, qui exercuerunt iura Majestatis. Quibus perpensis, » et visa etiam instantia Advocati Regalis Coronae, Curia ita pronunciavit:

DIE 22 FEBRUARII 1790. NEAP.

» Curia Regii Cappellani Majoris declarat, Abbatiam sive antiquum Monasterium sub titulo » S. Petri in Planitie, in Dioecesi Beneventana positum, fuisse et esse Regii Iuris Patronatus, » ac proinde Regalem Coronam redintegrandam esse, prout praesenti sententia redintegratur in jus » patronatus, praedictae Abbatiae, cum omnibus eius bonis, Feudis, Ecclesiis, Granciis, ju- » ribus, privilegiis, et pertinentiis quibuscumque, et cum jure pertinente ad Serenissimum Regem » eligendi, et nominandi Abbatem Commendatarium in quibusvis casibus vacationum, si sibi in » animo fuerit, reditus eiusdem Abbatiae Abbatibus Commendatariis addici, vel potius ob dissolu- » tionem Monasterii et Conventualitatis cessationem convertendi bona Abbatiae dotalitia in alios usus » sive pios sive publicae utilitatis, prout ejus Religioni videbitur. Ne quando vero fraus fiat juribus » Regiis, referatur praedicta Abbatia in libros Curiae inter ceteras Abbatias Regii Patronatus.

Dominicus Potenza.
Io. Baptista Adone Canc. et Sec.

Ex hac quidem sententia nihil docemur eorum, quae hinc ad propugnandam, hinc ad evertendam diplomatis auctoritatem allata fuerunt. Arbitramur tamen diploma iis, qui Regii Patronatus in Abbatiam illam iuribus adversabantur, visum esse apocryphum, quia plerique et vulgatiores rerum nostrarum scriptores tradiderunt Nortmannos anno 1016 primum nostras oras petiisse, et Dragonariae oppidum anno 1018 vel serius a Basilio Bugiano Apuliae Catapano simul cum oppidis Troiae, Civitatis et Ferentini conditum fuisse, ut Apuliam pro Graeco Imperatore adversus rebellium, et Alemannorum conatus tuerentur; diploma vero anno 1008 conditum mentionem habet tum Sansgualae Nortmanni, qui per ea tempora Castro Planisi dominabatur tum Draconariae, cuius incola sese ait Presbyter, a quo conscriptum diploma fuit. Sed uterque hic *αναχρονισμος*, cuius perperam insimulari monumentum hoc potuit, facili negotio a peritis rerum diplomaticarum ad internoscendam diplomatis ingenuitatem arcessitis dilui potuit, et nunc quoque potest pro iis, qui cum fortasse animum eodem chronologico errore imbutum ad lectitanda haec monumenta advertant, praesenti huic falsitatis notam inurant.

Quamquam enim deessent vetustiorum scriptorum loca, quae Nortmannos ante annum 1016 in nostras regiones adventasse testata essent, id profecto non tanti foret momenti, ut nobis suaderet omnino fieri non potuisse, ut superioribus annis Duces Appulorum bella adversus Graecos gerentium, et Langobardi nostrates Principes ad arcendos Saracenorum impetus ac populationes, usi sint ope Nortmannorum, quorum virtus militaris ubique gentium ea tempestate praedicabatur. Verum antiquiores, nec sublestae fidei Cronographi, rem nobis luculentissime prodiderunt. Amatus enim Casinensis Monachus saeculi XI ante annum 1000 XL Nortmannos Salernum venisse, et victores e praelio cum Saracenis excessisse ait *(Ystoire de li Normant, et la Chronique de Robert Viscart par M. Champollion-Figeac. Paris 1835)*. Romualdi Salernitani Chronicon anno 998 nos docet Melum Catapanum duxisse primum Nortmannos in Apuliam, eorumque viribus fretum cum Graecis depugnasse prope Basentellum amnem, et paulo post Asculi oppido potitum fuisse. Ad haec ex Ignoto Casinensi anno 1000, et ex Ignoto Barensi anno 1003 palam nobis fiunt res praeclare gestae a strenuo Nortmannorum agmine adversus Saracenos, qui Salernitano Principatui direptionem, ac excidium minitabantur. Deppingius *(Histoire des expeditions maritimes des Normands, tom. 2. pag. 181)* meminit Nortmannorum, qui ex urbe Salerni Saracenos propulsarunt, idque exeunte saeculo X contigisse adfirmat. Postremo ex Leonis Hostiensis Chronico *(lib. 2. cap. 38. et seqq.)* Guiselbertum simul cum germanis fratribus Rainulfo, Ascillitino, sive Asclettino (nisi cum Orderico Vitale mavis hunc appellare Anschetillum de Quadrellis), Osmundo et Rodulfo ante annum 1007 e Neustriae regionibus huc confugisse recte arguit Alexander de Meo *(App. Cronol. pag. 338)* ex eo, quod idem Ostiensis ait eos Capuae, ubi constiterant, nactos esse Melum apud urbis eiusdem Principem Landulfum, quem omnino constat ante annum 1007. Principatum obtinuisse: hoc vero aliisque non minus exploratis argumentis ipse De Meo utitur, quo plane ostendat et Pagium et Pellicciam nostrum perperam quoad chronologiam interpretatos esse, quae Ostiensis de Nortmannorum adventu enarraverat, ac propterea non esse ex eorum sententia statuendum neminem Nortmannorum ante annum 1016 vel 1017 nostris oris insedisse.

Quod porro attinet ad Draconariam, sunt qui anno 1005 hoc oppidum a Graecis exaedificatum memoriae prodiderunt teste Ughellio (*Ital. Sac. T. 8. de Episcopis Draconariensibus*). Eadem tradit Laurentius Giustiniani (*Dizion. Geograf. v. Dragonaria*), carpitque Ughellium, quod priorem eius Cathedrae Episcopum adfirmasset fuisse Ignizzum anno 961, quo nondum extructum oppidum illud fuerat; sed falsam huiusmodi sententiam apud Ughellium nos minime deprehendimus.

Ex omnibus hactenus allatis testimoniis tum de vetustiori Nortmannorum adventu, tum de condito Draconariae oppido, non immerito arguimus nihil ex utraque re hauriri posse, cur de praesentis diplomatis veritate quisquam addubitet, et chronologici profecto erroris arcessendos esse scriptores, qui nullum Nortmannorum ductorem ante annum 1016 nostris adlapsum esse littoribus pro certo habuerunt.

V.

MEMBRANA CCLXXX. PAG. 41. V. 2.

Praesens membrana cum secundum recenseat annum Beneventani Principis Landulfi in Ducatu Capuano, habere sane potest ut alterum monumentum, ex quo arguatur id, quod A. de Meo (*o. c. p. 505.*) contendit adversus Cestarium, nempe Pandulfum cognomine Rubrum, cum minorem ob aetatem administrando Ducatui Capuano impar extaret, sibi in ea dominatione sociasse patruum Pandulfum, qui Principatui Beneventano praeerat.

VI.

MEMBRANA CCCII. PAG. 103.

Apographum hoc, cuius autographum ad annum 1016 spectat, anno 1021 conscriptum fuisse argui potest tum ex indictione, quam Primarii et Tabularii subscriptiones in calce praeseferunt, tum ex mentione ibidem facta de Ioanne Rectore monasterii Ss. Theodori, et Sebastiani, qui eodem hoc munere insignitus deprehenditur in membrana anni 1027 heic edita sub numero CCCXXXII.

VII.

MEMBRANA CCCIII. PAG. 106.

E notis chronologicis, quae in Primarii et Tabularii subscriptionibus occurrunt, liquet apographum hoc esse recentius autographo annis quinque et septuaginta, cum anno 1082 exscriptum fuerit.

VIII.

MEMBRANA CCCXIV. PAG. 137.

Non anno 1020, sed 1018 conscripta fuit praesens membrana; indictio vero, quae in autographo deleta est, supplenda erat prima, non secunda.

IX.

MEMBRANA CCCXXI. PAG. 160. V. 3.

Ioannem hunc amalphitanum Ducem sociatum fuisse in Ducatu Sergio parenti suo mense Augusti anni 1014 ait A. de Meo *(o. c. p. 246)*. Cum vero idem Chronologus innuat *(ibidem p. 247)* instrumentum, conditum die XX Iulii anni 1022, quo annus octavus Ducatus Ioannis numeratus fuit, nostrumque hoc instrumentum, die XV Augusti anni 1021 conscriptum, annum item octavum eiusdem Ducis praeseferat, hinc eruitur Ioannem iniisse Ducatus societatem post diem XX Iulii, et ante diem XV Augusti anni 1014.

Quoad vero Indictionem huius instrumenti, procul dubio Notarius erroris arguendus est; nam pro quinta quarta numeranda erat, nec opinari quisquam potest usurpatam a Notario fuisse Indictionem Romanam, quae a die I Ianuarii inchoabatur. Hanc enim in nostris chartulis aevo illo nunquam obtinuisse exploratissima res est.

X.

MEMBRANA CCCXXII, PAG. 161. V. 1.

Placitum hoc nobis palam facit mentionem Pandulforum Ducum in Capuani Principatus monumentis fieri desiisse a mense Martio anni 1022. Eum quidem Principatum ab Imperatore Divo Henrico fuisse ademptum Pandulphis, ac traditum Pandulpho Theani Comiti die 2 mensis Iunii anni 1022 ait Alexander de Meo *(o. c. pag. 303)*, sed nullum attulit documentum. Id profecto contigisse ante diem decimum eiusdem mensis et anni argui potest ex diplomate apud Gattolam *(Accessiones ad Historiam Casinensem pag. 129)*, cuius notae chronologicae ita sese habent: *quarto nonas Iunias anno secundo principatus Domni Paldolfi, quam et secundo anno principatus Domni Iohannis eius filio gloriosis principibus indictione sexta*: cuiusmodi notae cum die decima Iunii anni 1023 apprime congruunt. Hac vero die cum secundus Pandulphi et Ioannis annus in Capuano Principatu fuerit supputatus, fatendum est ante diem decimam Iunii anni 1022. Principes illos caepisse Capuae dominari. At quicquid statui libeat de die, quo Theanenses Comites Capuani Principes evaserunt, illud profecto e Placito

praesenti coram Missis Imperatoris exarato constat Capuam mense Martio anni 1022 iam victricibus eiusdem Augusti copiis patefactam fuisse. Cum vero Leonis Ostiensis Chronicon prodiderit Pandulphum IV, qui cum filio, et patrueli ambobus nomine item Pandulphis, Capuae imperitabat, postquam hostes urbe Capuana potiti sunt, abductum esse ad Henricum, qui Troiam in Apulia obsidebat, hinc statuimus dominatione Capuae destitutum fuisse Pandulphum IV eodem mense Martio anni 1022, quo et eius fratrem Athenulphum Coenobii Casinensis Abbatem, effugientem iras Imperatoris, aestuanti pelago mortem obiisse testatur Ioannes Baptista Federici *(Degli antichi Ipati di Gaeta pag. 310)*.

IBIDEM V. 4.

Praeter hunc Cappellanum, alterum Imperator Divus Henricus secum duxit nomine Ambrosium, cui quoque Missi Imperatoris munia demandata fuisse ex altero Placito conscripto pro Ecclesiis de Balva, Beneventana in urbe, eodem mense et anno Placiti praesentis. Qua vero die nostrum hoc conditum fuit, existimari potest Archiepiscopum Coloniensem Belgrinum, sive Pelegrinum, quem Henricus ad subiiciendam Capuam cum militibus miserat, ex hac urbe post Pandulphi deditionem ad Salernum oppugnandum profectum iam fuisse. Secus enim coram eodem Archiepiscopo Capuana urbe potito Placitum hoc esset exaratum, quemadmodum in mense Aprili ipsius anni 1022 coram Leone Episcopo Vercellensi, et Henrico Episcopo Parmensi eiusdem Imperatoris Missis conditum est pro Monasterio S. Vincentii ad Vulturnum alterum Placitum, quod simul cum Placito pro Ecclesiis de Balva legere est apud Muratorium in Chronico Vulturnensi *(Rer. Ital. Script. T. I. P. II)*.

IBIDEM PAG. 162. V. 30.

Diploma, quod hic inseritur, spectat ad annum 986.

XI.

MEMBRANA CCCXVII. PAG. 180.

Indictio, quae octava est in autographo, heic a scriptore somniculoso dicta est quarta. Veruntamen annus tricesimus quartus Guaimarii patris indictioni quartae, annus vero septimus Guaimarii filii indictioni septimae respondent. Ad haec in anno 34 Guaimarii patris non septimus, sed quintus recensebatur annus Guaimarii, quem, teste de Meo *(o. c. pag. 298)*, pater sociavit Principatui die 21 Septembris anni 1018, cum hoc eodem mense et anno alter eius filius natu maior Ioannes mortem obiisset. Hoc inter annos Principum, et indictionem dissidium nobis videtur profectum ex eo, quod cum Notario non Salernum, sed Palmae oppidum incolenti Principum anni non satis innotuissent, eos perperam supputavit in octava indictione, quam non item latuisse Notarium arbitramur.

XII.

MEMBRANA CCCXXIX. PAG. 185.

Ex obitu non Constantini, sed Basilii priorem annum in hoc testamento, et in instrumento sub numero CCCXXXIII, in reliquis vero instrumentis sub numeris CCCXXXIV ad CCCXXXVI secundum annum numerari oportuisset. Sed uter eorumdem Imperatorum vita defunctus esset, nec Curialis, nec reliqui fortasse neapolitani Ducatus incolae satis norant, quoniam ea tempestate inter Ducatum ipsum, et principem Imperii Graeci urbem longe infrequentius commeabatur. Hinc quoque factum est, ut Curialis, qui membranarum insequentium proximam exaravit, mense martio anni 1026 Basilium, qui superiori anno 1025 e vivis excesserat adhuc cum Constantino imperantem exhibuerit, quod item contigit Curiali, a quo conscriptum fuit mense Augusti eiusdem anni 1026 instrumentum, cuius meminit Sabbatinius in suo Kalendario sub die 29 Iunii. Miramur porro et Lupum Protospatam anno 1025, quo Constantinum ad Siciliam debellandam copias quamplurimas misisse narrat, adfirmasse Basilium anno secundo post eam expeditionem mortem oppetiisse, quod de Constantino dici oportebat, ut ait Muratorius *(Annali anno 1025)*. Quamquam vero anno 1027 et ipse Constantinus obiisset, id nostros Curiales item latuisse arguitur ex membranis sub numeris CCCXXXVII, et CCCXXXIX ad CCCXLII.

XIII.

MEMBRANA CCCXXXVII. PAG. 204.

Vulgatissima quidem res est Ducatum Neapolitanum mense Septembri anno 1027, uti testantur Ubaldus, Anonymus Cassinensis, aliique chronographi, in Pandulphi Capuani Principis potestatem commeasse; atque tunc primum expertum fuisse Langobardorum dominationem, quam per antecta saecula Neapolitarum virtus prohibuerat; anno dein 1030 expulso Pandulpho Ducatum ipsum Sergio fuisse redditum. Iam vero mirum procul dubio videbitur, in membranis per illud temporis intervallum conscriptis Suessulae, et Neapoli, atque in lucem prodeuntibus pagina hac, et insequentibus, mentionem fieri non Pandulphi iisdem tunc oppidis imperitantis, sed Graeci Imperatoris; contra vero membranas eiusdem aevi in Capuano Principatu exaratas praeseferre annos Pandulphi et in Capuano Principatu, et in nostro hoc Ducatu, quemadmodum patet ex chronico Vulturnensi apud Muratorium. Falsitatisne propterea nostra haec monumenta arguemus, in quibus alioquin nihil quidquam deprehenditur, quamobrem eo crimine arcessenda videantur? Animadvertendum potius esse remur, Pandulphum sibi Ducatum hunc subdidisse, ut iniuriam inferret non orientalis Imperii Moderatoribus, sed Neapolitano Duci Sergio, quippe qui Pandulphi Theanensis Comitis sui affinis incolumitati prospexerat adversus ipsum Principem Capuanum in iras exardescentem, eumque Neapoli benigne exceperat. Constat profecto ex Leone

Ostiensi, aliisque chronographis Pandulphum Capuae Principem simul cum germano fratre Athenulpho Coenobii Cassinensis Abbate non modo stetisse pro Graeco Augusto adversus occidentis Imperatorem, verum et deinceps ope non minus Graecorum, quam Salernitanorum, Nortmannorumque, Principatum Capuanum recuperasse. Quapropter Neapolitano item Ducatu potitus, summam in eum auctoritatem ad Constantinopolitanos Caesares spectantem oblitus omnino non fuit, ac idcirco minime iussit immutari morem, qui antehac sub Ducibus Neapolitanis semper obtinuerat, scilicet in Curialium instrumentis Graecorum Imperatorum annos tantummodo recenseri.

XIV.

MEMBRANA CCCXLIII. PAG. 218. V. 2.

Membrana haec ad annum 1069 spectat. Indictio vero in mense Maio eius anni erat nona, quae cum deleta sit in autographo, perperam scripta heic est *duodecima*, quae supplenda fuisset, si membrana esset anni 1029, quo imperabat Romanus Argyrus, non Romanus Diogenes, cuius membrana ipsa mentionem habet.

XV.

MEMBRANA CCCLXVII. PAG. 269. V. 3.

Insulae maioris nomine in plerisque chartulis neapolitanis donatur Nesis, hodie vulgo *Nisida*, qua quidem appellatione denotabatur discrimen inter eamdem, et Megariam, sive Megaridem, quae vernaculo nunc sermone audit *Castello dell' Uovo*. Verum in praesenti membrana non de Neside, sed de Aenaria, sive Iscla verba fieri testantur ea, quae insequenti pagina 270 versu 20 occurrunt. Ipsam vero hanc insulam in maiorem et minorem olim fuisse divisam patet ex diplomate, cuius meminit Paschalis *(Descrizione delle Isole del Regno)*, quo quidem diplomate Fridericus Aragoneus Rex Siculorum Landulphum Galdum praefecit Isclae maiori, et minori, Prochytaeque, ne Carolus II andegavensis iisdem potiretur.

IBIDEM V. 11.

Qui hactenus tradiderunt Isclae historiam, insulam hanc Ducibus Neapolitanis paruisse edixerunt. Ita profecto superiori Neapolitani Ducatus aevo contigisse vel nobis persuasum est. Et re sane vera saeculo IX plurimos neapolitas eamdem insulam incoluisse liquet ex epistola V. Leonis III. Pontificis anni 795 ad Carolum Magnum, ubi haec occurrunt: *Ingressi sunt* (nempe Saraceni) *in insulam quamdam, quae dicitur Iscla maiore non longe a Neapolitana urbe milliaria XXX, in qua familias et peculia Neapolitanorum non parva invenerunt, et fuerunt inibi a XV usque ad. XII Kalendas Septembris, et nunquam ibi Neapolitani super*

eos exierunt. Cumque totam insulam depraedassent, implentes navigia sua de hominibus, et eius necessariis, reversi sunt post se. Sed Comites, qui ab iisdem Ducibus illuc mittebantur, per sequiora tempora sese ab eorum ditione emancipasse, et agnovisse potestatem non aliunde, quam ab Imperatoribus Constantinopolitanis sibi delatam documentum praesens luculentissimo nobis est argumento. Hic porro Comitatus non parvi habitus fuisse videtur; cum enim Comitis uxor Theodora heic dicatur *regalissima*, et eiusmodi titulus denotare videatur eam regia stirpe prognatam fuisse, hinc patet Reges ipsos tanti duxisse Comites Isclanos, ut eos sibi generos adsciscere non dedignarentur.

IBIDEM V. 20.

Isclae insulam huius documenti conditor duplici donat appellatione, scilicet *Aenariae* et *Insulae Maioris*. Verum nuncupatam quoque *Isclam* fuisse iam a saeculo IX nobis testatur Leonis III epistola, cuius verba aliquot superiori adnotatione attulimus. Item saeculo XI, ad quod spectat praesens membrana, appellitari vel eo nomine consuevisse patet ex membrana ipsa, ubi pagina 271. v. 10 et 11 haec occurrunt: *sicut lavinario exfinat et terra de illi isclani in ipso latere*. Idem nomen deprehenditur tum in actis Concilii Lateranensis sub Alexandro III celebratum anno 1179 ubi Petrus *Isclanus* Episcopus post Sergium Neapolitanum suum Metropolitanum subscripsit, tum in inscriptione, qua consignatus fuit tumulus in crypta cathedralis Isclanae, anno MCCI in haec verba: *Hic iacet corpus nobilis Presbyteri Antonii Bulgaro de Iscla, qui obiit anno Domini MCCI filiique nobilis Marini Bulgari, cuius anima requiescat in pace. Amen.* Hinc miramur Mazochium virum omnigenae doctrinae laude florentissimum *(De Eccl. Neap. pag. 30)* scripsisse insulae nomen Isclae inditum, quo tempore Reges Andegavenses regnum hoc obtinuerunt, et sub eorumdem principatu, cum gallica vocabula in nostrum sermonem irrepsissent, factum esse nomen *Isclae* ab *Isle*, quae gallice insulam denotat. Undenam vero antiquo aevo non modo *Isclae*, sed etiam *Inarimes*, *Pithecusae*, et *Aenariae* nomina derivata insulae sint, edisseritur a Capaccio *(Hist. neap. lib. 2)*.

XVI.

MEMBRANA CCCLXXX. PAG. 300. V. 29.

Illi maledicti lormannis, scilicet Nortmanni, quorum Dux Rainulphus anno 1030 a Sergio Neapolitano Duce et Consule obtinuerat cum titulo Comitis agrum illum, quem modo *ad septimum*, modo *ad octavum*, quippe positum inter septimum, et octavum milliarium a Puteolis, in vetustioribus monumentis dictus occurrit, in quo Nortmanni Aversam condiderunt. Hosce vero non intra eiusdem agri fines per sequiora tempora sese continuisse, sed praediis ad Neapolitanam Liburiam, sive Ducatum spectantibus potitos fuisse arguitur non modo e praesenti nostro instrumento, verum etiam ex Diplomate Richardi aversani Comitis anni 1055 pro Mona-

sterio S. Laurentii eiusdem Civitatis Aversae, cuius diplomatis Mabillonius *(Annal. Benedict. anno 1055)*, et Muratorius *(Ant. M. Ae. T. V. p. 783.)* mentionem habuerunt, neque ullius νωϑειας insimulandum existimarunt. Novimus quidem Alexandrum de Meo *(o. c. p. 347)*, etsi iudicasset omnino explodendum, quicquid Carolus de Franco ad elevandam eiusdem diplomatis fidem edixerat, tamen habuisse idem falsum, ex eo praesertim, quod in huiusmodi diplomate quam plurima Neapolitani Ducatus praedia memorato Monasterio a Nortmannorum Comite donantur, quibus Comitem ipsum potitum fuisse nullo ex scriptore constaret, et Neapolitano Ducatui satis virium ad propulsandas hostium iniurias tunc temporis fuisse ait. Verum hoc facile refellitur praesenti membrana, in qua male dicitur Nortmannis, quippe qui Neapolitarum agros occuparant. Haec vero querela spectat ad annum 1043, quo adhuc Rainulphus Aversae dominabatur. Anno porro 1047 post Rainulphi obitum, Aversanam ditionem obtinuerunt Herimannus eius filius, et Richardus Asdettini Acheruntini Comitis filius, qui maioribus pollens viribus alias et ipse regiones invadere Liburiae Neapolitanae facilius poterat.

INDEX

RERUM AC VERBORUM.

Litterae *vol.* volumen : *p.* paginam : *adnot.* adnotationem designant.

B

C .

D

E

F

G

I

L


M

N


T

U


V




mb. CCXIII. pag. 89. v. 1. ad 4.




2. v. 1. ad 3.





t 129. v. 18. 19.



v. 9. ad 12.

